XIII a
R
30.

TARTU ÜLIKOOL
1632
UNIVERSITAS TARTUENSIS

163. Gesch. u. Geogr. gem.

176.

13 A 2 (4.) 30.

Erdbschr.

R
3252

R
XIII^a. 30.

MOSCOVVIA SIGISMVNDI LIBERI BARONIS IN HERBERSTAIN NEY: PERGET GVETN: HAG.

BIBL: ACADEM: DORPATENS:

(1528 ?)

4 - XIII a B
2976
152762452

MOscouuiam mihi descripturo, quæ Russiæ caput est, suamq; ditionem per Scythiam longe lateq; extendit, pernecessarium erit, multas in hoc opere Septentrionis parteis attingere, quæ non solum Priscis sed etiam nostræ ætatis authoribus, non satis cognitæ fuerunt, quo fiet ut nonnunq̃ ab eorum scriptis dissentire cogar. Ne cui tamen uel suspecta uel arrogans uideatur mea, in hac re sententia, equidem fateor me nõ semel sed iterum dum Diui Maximiliani Imperatoris ac eius Nepotis Ro. Regis Domini Ferdinandi legationibus fungerer, Moscouuiam tanq̃ in re præsenti (vt dici solet) vidisse, ac perlustrasse, maiorem tamen partem ex eius loci hominibus, tum peritis tum fide dignis cognouisse, nec vnius alterius ue relatu fuisse contentum, sed multorum constantibus sententijs fretum, ac etiam Slauonicæ linguæ (quæ cum Rhutenica & Moscouuitica eadem est) cognitione beneficioq; adiutum, hæc non solum vt auritum, sed etiam oculatum testem, non fucato orationis genere, sed aperto & facili perscripsisse, ac posteritatis memoriæ prodidisse.

Cæterum quemadmodum quelibet natio, suum quendam pronunciandi morem habet, ita & Rhuteni facere, litterasq; suas uariè connexas coniunctas uæ, nobis inusitata quadam ratione, proferre solent, adeo vt qui eorum pronunciationem non singulari diligentia obseruauerit, is neq; sciscitari quicquam cõmode, neq; cognoscere certi aliquid ab illis poterit. equidem in Russiæ descriptione cum Rhutenicis vocabulis in rerum locorum, ac fluuiorum appellatione non temere vsus sim, volui iam inde ab initio litterarum quàrundam connexionem ac vim paucis ostendere, qua animaduersa. Lector pleraq; facilius cognoscere, & aliquando plura fortasse inquirere poterit.

Basilius & si Rhuteni, per uu consonantem scribant & proferant, cum autem apud nos inoleuerit per B, scribi & proferri, non videbatur mihi per vu scribendum.

C: aspirationi præposita, non per Ci vel Schi, ut plereq; nationes solent, sed per khi germanorum quodamodo more est exprimenda, ut in dictione chiouuia, chan, chlinouua chlopigorod &c.

Præposita uero. Z duplę, sonorius aliquanto proferenda, ut czeremissè. czernigo, czilma, czunkas. &c

G: Rhuteni præter aliorum Slauorum morẽ, per h. aspirationem Bohemico propemodũ more proferunt ut cum Iugra, wolga scribunt, Iuhra wolha pronunciant.

I. littera ut plurimum vim consonantis obtinet, atq; ideo in ignotis seu Rhutenicis dictionibus data opera eiusdem loco y. tanquam consonante vsus sum, vt in yausa yaroslaw yamma &c.

Th: fere per ph proferunt, ita Theodorum ipsi pheodorum seu feodorum appellant.

V: quando vim consonantis habet, eiusdem loco vu litteram quam Germani per B latinum exprimunt posui, vt in vuolodimeria vuorothin

vuedraſch vuieſma vuladiſlaus, Eadem porro in medio vel fine dictionis poſita, eandem vim ſeu ſonum obtinet, vt Oczakovu, Roſtovu, Diligenter igitur obſeruabit lector, huius litteræ vim, ne vna & eadem dictione deprauate prolata, diuerſas res interrogaſſe intellexiſſeue videatur.

Ruſsia vnde nomen habeat, variæ extant opiniones, ſunt enim qui eam à quodam Ruſſo fratre ſeu nepote Lech, principe Polonorum, perinde ac ſi ipſe Rhutenorum princeps fuiſſet, nomen accepiſſe uolunt, alij autem à quodam vetuſtiſſimo oppido Ruſso dicto non longe à Novuogardia magna, Quidam vero à fuſco eius gentis colore. Plericq; nomine mutato à Roxolania Ruſsiam cognominatam eſſe putant. Verum eorum qui haſce aſſerunt opiniones, tanquam vero haud conſonas. Moſci refutant aſſerentes, Roſseiam antiquitus appellatam, quaſi gentem diſperſam ſeu diſſeminatam, id quod nomen ipſum indicat. Roſseia etenim Rhutenorum lingua diſſeminatio ſeu diſperſio interpretatur, quod verum eſſe, varij populi incolis etiamnum permixti, & diuerſæ prouinciæ Ruſsiæ paſſim intermixtæ ac interiacentes aperte teſtantur, Vndecunq; nomen acceperit, certe populi omnes qui lingua Slauonica vtuntur, ritum ac fidem Chriſti, grecorum more ſequuntur, gentiliter Ruſsi, Latine Rhuteni appellati, ad tantam multitudinem excreuerunt, vt omnes intermedias gentes aut expulerint: aut in ſuum uiuendi morem pertraxerint, adeo vt omnes nunc, uno & communi vocabulo Rhuteni dicantur.

Slauonica porro lingua, quæ hodierno die corrupto nõnihil vocabulo Sclauonica appellatur, latiſſime patet, vt qua Dalmatæ, Boſsneñ, Chroati, Iſtrij, longoq; ſecundum mare adriaticum tractu forum Iulij uſq;, Carni quos Veneti Charſos appellant, item Carniolani, Carinthij ad Drauum fluuium vſq;: Styrij vero infra Gretzium ſecundum Mueram Danubium tenus. Indeq; Miſy, Seruij, Bulgari alijq; Conſtantinopolim vſq; habitantes. Bohemi præterea, Luſacij, Sileſij, Moraui, Vagiq; fluuij. in regno Hungariæ accolæ, Poloni item & Rhuteni latiſſime imperantes & Circaſi quinq; montani ad pontũ, deniq; per Germaniam vltra Albim in Septentrionem vuandalorum reliquiæ ſparſim habitantes vtuntur, hij & ſi omnes ſe Slauos eſſe fatentur, germani tamen à ſolis vuandalis denominatione ſumpta, omnes Slauonica lingua vtentes, vuenden, vuinden & vuindiſch promiſcue appellant.

Cęterum Ruſsia montes Sarmaticos haud longe à Cracouia attingit, & ſecundum fluuium Tyram, quem Incolæ Niſtrum uocant, ad Pontum Euxinum atq; Boriſthenem vſq; fluuium protendebatur, ſed ante aliquot annos Albam, quæ alias Moncaſtro appellatur, quæq; ad oſtia Tyræ ſita ſub ditione vualachi Moldauuienſis erat, thurca occupauit. Præterea Rex Thauricæ Boriſthenem tranſgreſſus lateq; omnia uaſtans, duo ibi caſtra exedificauit, quorum alterum Oczakovu nomine, non longe ab oſtijs Boriſthenis ſitum, nunc thurca pariter occupat, vbi ſolitudines hodie

hodie ſunt inter vtriuſq; fluuij Oſtia. Porro aſcendendo iuxta Boriſthenem deuenitur ad oppidum Circas occidentem verſus ſitum, atq; inde ad vetuſtiſſimam ciuitatem Chiovuiam, quondam Ruſsiæ metropolim ubi traiecto Boriſthene, eſt prouincia Sevuera adhuc habitata, ex qua recta in orientem procedenti occurrunt Tanais fontes, longo deinde ſecundũ Tanaim ad confluxum ſcilicet Occæ, et Rha fluuiorum itinere emenſo, tranſeundo deniq; Rha longiſſimo tractu in mare uſq; ſeptentrionale, poſt inde redeundo, circa populos Regi Svuetiæ ſubditos, & ipſam Finlandiam ſinumq; Liuonicũ, atq; per Liuoniam, Samogithiam, Mazovuiam deniq; & poloniam vſq; reuertendo, ſarmaticis tandem montibus terminatur, duabus duntaxat prouincijs, Litvuania ſcilicet & Samogithia interiectis quæ duæ prouinciæ licet Rhutenis intermixtæ ſint, ac proprio idiomate rituq; romano, vtantur, earum tamen incolæ, ex bona parte ſunt rhuteni.

Principes qui nunc Ruſsiæ imperant, primus eſt Magnus Dux Moſcovuiæ, qui maiorem eius partem obtinet, ſecundus Magnus Dux Litevuaniæ, tertius eſt Rex Polonię, qui nũc & Polonię & Lithvuanię pręeſt.

De Origine autem gentis, nihil habent pręter annales infra ſcriptos gentem ſcilicet hanc Slavuonicã eſſe ex natione Iaphet, atq; olim conſediſſe ad Danubium, vbi nunc Hungaria eſt et Bulgaria, & tum Norci appellatam tandem diſpalatam & per terras diſperſam, nomina à locis accepiſſe, vtpote Moravui, à fluuio, alij czechi hoc eſt Bohemi, item Chorvuati, Bieli Serbli id eſt ſeruij, Chorantani dicti, qui ad Danubium conſederant, à walachis expulſi venientes ad Iſtulam nomen Lechorum à quodam Lecho polonorum principe, à quo poloni etiamnum Lechi vocantur acceperunt alij Litvuani Maſovuienſes, Pomerani, alij ſedentes per Boriſthenem vbi nunc Chiovuia eſt. Poleni dicebantur, alij Drevuliani in memoribus habitantes, alij inter Dvuinam & Peti, dicti Dregovuici alij Polevutzani ad fluuium Poltæ, qui influit Dvuinam, alij circa lacum Ilmen qui Novuogardiam occupauerunt, ſibiq; principem Goſtomiſſel nomine conſtituerunt, alij per Deſnam & Sulam fluuios, Sevueri ſeu Sevuerſky appellati, alij vero ſuper fontes vuolhæ & Boriſthenis Crivuitzi nominati, horum arx & caput Smolenſco eſt, hec annales ipſorum teſtantur.

Qui initio Rhutenis imperauerint, incertum eſt, characteribus enim carebant, quibus res geſtæ memoriæ mandari potuiſſent. Poſteaq; vero Michael Rex Conſtantinopolitanus, litteras Slavuonicas in Bulgariam anno mundi, 6406. miſiſſet, tum primum, non ea duntaxat, quæ tum gerebantur, verumetiam que à maioribus acceperant, & per longam memoriam retinuerant, ſcribi inq; annales eorum referri cepta ſunt, ex quibus conſtat Coſeros populum, à nonnullis Rhutenis tributi nomine aſpreolorum pelliculas de ſingulis ædib⁹ exegiſſe, item vuaregos ipſis imperauiſſe, De Coſeris vnde, aut quinam fuerint, nihil præter nomen ex annalibus, vuaregis itidem certi quicq; ab illis cognoſcere non potui. Cęterum cum

A iij ipſi

Herbenstein, S. Rerum Moscovitiarum Commentarii. 1549.

ipſi mare Baltheum, & illud quod Pruſsiam Liuoniam indecꝫ poſt ditionis ſuæ partem, à Svuetia diuidit, mare vuaregum appellant, putabam equidem, aut Swetenſes, aut danos aut prutenos ob vicinitatem principes illorum fuiſſe, iam vero cum vuagria famoſiſsima quondam vuandalorum ciuitas & Prouintia, Lubece & Ducatui Holſatiæ finittima fuiſſe, mareꝫ hoc, quod Baltheum dicitur, ab ea nomen, quorundam ſententia, accepiſſe videtur, illudꝫ ipſum & ſinus ille qui germaniam à dania, item Pruſsiam, Liuoniam, marittimam denicꝫ Moſcouitici imperij partem à Svuetia ſeparat, & iamnum adhuc apud Rhutenos nomen ſuum retineat, atꝫ vuaretzkoie morię, hoc eſt vuaregū mare appellatur, adhæc quod vuandali ea tempeſtate potentes erant, Rhutenorum denicꝫ lingua, moribus atꝫ religione vtebantur. Vidētur itaꝫ mihi Rhuteni ex vuagrijs ſeu vuaregis potius principes ſuos euocaſſe, quam externis, & à religione ſua moribus, idiomateꝫ diuerſis, imperium detuliſſe, Cum itaꝫ Ruteni aliquando inter ſe de principatu contenderent ac mutuis odiorum facibus inflamati, exortis denicꝫ grauiſſimis ſeditionibus decertarent, tum Goſtomiſſel vir & prudens & magnæ in Novuogardia authoritatis, in medium conſuluit vt ad vuaregos mitterent, atꝫ tres fratres, qui illic magni habebantur, ad ſuſcipiendum imperium hortarentur, mox audito conſilio, legatis miſſis, principes germani fratres accerſuntur, venientesꝫ eò imperiū ipſis vltro delatum, inter ſe diuidunt, Rurick principatum Novuogardiæ obtinet, ſedemꝫ ſuam ponit in Ladoga xxxvi. mil: germa: infra Novuogardiam magnam. Sinaus conſedit in albo lacu. Truvuor vero in principatu Pleſcovuienſi, in oppido Svuortzech, hoſce fratres originem à romanis traxiſſe gloriantur rhuteni: à quibus etiam preſens Moſcovuiæ princeps ſe genus duxiſſe ſuum aſſerit, horum autem fratrum ingreſſus in Ruſsiam iuxta annales fuit anno mundi 6370. duobus ſine hæredibus defunctis, principatus omnes Rurick ſuperſtes obtinuit, caſtra inter amicos & ſeruitores diuiſit, moriens filium iuuenem Igor nomine vna cum Regno commendat cuidam Olech propinquo ſuo, qui id, deuictis multis prouinciis, auxit, arma in greciam vſqꝫ tranſferens, Biſantium etiam obſedit, & cum triginta tribus annis regnaſſet, atꝫ in caput ſeu Cranium ſui equi iam olim mortui, pede forte impegiſſet, vermis venenoſi morſu læſus, occubuit, mortuo Olech, Igor ducta ex Pleſcovuia vxore Olha, imperare cepit, qui cum exercitu ſuo longius progrediens, Heracleam & Nicomediam vſqꝫ peruenisſet, tandem bello ſuperatus aufugit, poſt à Malditto Dreꝫulianorum principe, in quodā loco Coreſte nomine, vbi etiam ſepultus eſt, occiditur, filius autem Svuatoſlaus, quem infantem reliquit, cum per ætatem imperare non poſſet, interim mater olha regno præfuit, ad quam cum Dreꝫuliani viginti internuncios miſiſſent, cum mandatis, vt eorum principi nuberet: Olha, nuncios Dreꝫulianorum viuos obrui iuſſit, ſuoſꝫ interim legatos ad eos miſit, nimirum ſi ſe principem & dominam expe-

terent

terent, vt plures atꝫ preſtantiores procos mitterent, mox alios ſelectos quinquaginta uiros ad ſe miſſos in balneo conbuſſit, alioſꝫ legatos iterum miſit, qui aduentum ſuum annunciarent, iuberentꝫ apparare, aquam mulſam, aliaꝫ ex more ad parentandum marito defuncto neceſſaria, porro ad Dreꝫulianos cum veniſſet, maritum deplanxit Dreꝫulianos inebriauit, quinꝫ milia illorum occidit, mox Chiovu reuerſa, exercitum conſcripſit, contra Dreꝫulianos progreſſa, victoriam reportauit, fugientes in caſtrum perſecuta, obſidione ad integrum annum preſſit, poſt inderpoſitis conditionibus, tributum illis de qualibet domo tres videlicet columbas totidēꝫ paſſeres imperat, acceptasꝫ in tributum aues, continuo alligatis ſub alas igneis quibuſdam inſtrumentis, dimittit, auolantes columbæ ad ædes conſuetas redeunt reuolantꝫ caſtrum incendunt, inflammato iam caſtro diffugientes aut occiduntur, aut capti venduntur, occupatis itaꝫ omnibus dreꝫulianorum caſtris, vlta mariti mortem chiovuiam reuertitur, Dein anno mundi 6463 in greciam profecta, baptiſmum ſub Rege Ioanne Conſtantinopolitano ſuſcepit, commutato nomine Olhæ, Helena, uocata eſt, magnis poſt baptiſmum à rege muneribus acceptis, domum reuertitur Hæc prima inter Rhutenos chriſtiana fuit, vt annales eorum teſtantur, qui eam ſoli æquiparant, ſicuti enim ſol ipſum mundum illuminat, ita & ipſa Ruſſiam fide Chriſti illuſtraſſe dicitur, Svuatoſlaum autem filium ad baptiſmum nequaquàm perducere potuit, qui cum adoleuiſſet, ſtrenuus ac promptus ſtatim omnes bellicos labores, periculaꝫ conſueta non detrectauit, in bello nulla impedimēta, ne uaſa quidem coquinaria exercitui ſuo permiſit, carnibus toſtis duntaxat vtebatur, humi requieſcens, ſella capiti ſubiecta: vicit Bulgaros, ad danubium vſqꝫ progreſſus, incꝫ ciuitate Pereaſlavu, ſedem ſuam poſſuit, ad matrem atꝫ conſiliarios ſuos, dicens, hæc enim ſedes mea, in medio regnorum meorum, ex grecia ad me deferentur, Panodocki, aurum, argentum, vinum, variſque fructus, ex Hungaria argentum & equi, ex Ruſsia Schora, cera, mel, ſerui, cui mater, iam iam moritura ſum, tu me vbicunꝫ volueris ſepelito, itaꝫ triduo poſt moritur, atꝫ à nepotę ex filio vuolodimero iam baptizato in numerum ſanctorum refertur, diesꝫ vndecimus Iulij ſacer illi dicitur.

Svuatoſlaus qui poſt obitum matris regnabat, diuiſit prouincias filijs Yaropolchoni chiovuiam: olege Dreꝫulianos, Vuolodimero Novuogardiam magnam, nam Novuogradenſes impulſu cuiusdam mulieris Dobrine vuolodimerum principem impetrarunt, erat enim Novuogardiæ ciuis quidam Caluſcza paruus dictus, qui habuit duas filias Dobrinam & Maluſcham, Maluſcha erat in ginecio Olhę quam impregnauerat Svuatoſlaus, ex ea vuolodimerum ſuſceperat: Svuatoſlaus cum filijs proſpexiſſet, pergit in Bulgariam, Pereaſlavu ciuitatem obſidet capitꝫ, Baſilio & Conſtantino regibus bellum denunctiat, at hi legatis miſſis pacem poſcebant, & quantum exercitum haberet, cognoſcere ab eo pro-

 pterea

pterea cupiebant, quod tributum daturos se iuxta numerum exercitus, sed falso pollicebantur, mox cognito militum numero exercitum scripserunt, post cum vterq; exercitus conueniisset, Rhuteni græcorum multitudine terrentur, quos cum pauidos videret, Svuatoslaus, inquit, quia locum non video rhuteni qui nos tuto capere posset, terram autem Rusiæ tradere inimicis nunquam in animum induxi fortiter contra illos pugnando aut mortem oppetere, aut gloriam reportare certum est, etenim si strenue pugnando occubuero nominis immortalitatem, si vero fugiam, perpetuam inde ignominiam sum relaturus, & cum hostium multitudine circumuentus effugere nō licet, stabo ergo firmiter, caputq; meum in prima acie, pro patria omnibus periculis obijciam, cui milites, vbi caput tuum ibi & nostrum, mox confirmato milite in aduersum hostem raptus, magno impetu facto, victor euadit, terram deiu grecorum uastantem reliqui greciæ principes, muneribus oppugnant, aurum autem & Panodockhmi (vt est in annalibus) munera cum spreuisset recusassetq; vestimenta autem & arma à grecis iam denuo sibi missa accepisset, tanta eius virtute, greciæ populi permoti, reges suos conuenientes, & nos inquiunt sub eiusmodi rege esse cupimus, qui non aurum sed arma magis amat, appropinquante Constantinopolim Svuatoslao, greci magno se redimentes tributo eum à finibus greciæ auertunt, quem tandem anno mundi 6480 Cures princeps Pieczenigorū, ex insidijs interfecit, ex cranio eius poculum faciens, auro circumdato, litteris in hanc sententiam signauit, Querendo aliena amisit propria, mortuo Svuatoslao quidā ex eius primoribus Swadolt nomine chio vuiam ad yeropolchum profectus, maximo eum sollicitans opere atq; studio, quo Olegam fratrē regno expelleret, quod filium suum lutam necasset, yeropolchus eius persuasione adductus, bellum fratri infert, exercitumq; eius, Drevulianos scilicet, profligat, Olega autem fugiens in quoddam castrum, à suis exclusus impetuq; facto, ex quodam ponte detrusus ac deiectus, multis super eum cadentibus misere adobruitur, Ieropolchus castro occupato fratrem querēs, corpus eius inter cadauera repertum, & ad suum conspectum allatum aspiciens, Svuadelte inquit, ecce hoc tu concupiuisti, post sepelitur, interfectum sepultumq; elegá iam cum vuolodimerus accepisset, relicta Novuogardia, vltra mare ad vuaregos profugit, yeropolchus autem Novuogardię suum locum tenentem imponens, tocius Rusię monarcha efficitur, Wolodimerus vuaregorum auxilio comparato reuersus, locum tenēn fratris Novuogardia expulit, fratriq; bellum prior denunctiat, sciebat enim ipsum contra se arma sumpturum, Interea temporis mittit ad Rochvuolochdam Principem Plescouiæ (nam & ipse ex vuaregis illuc commigrauerat) filiam suam Rochmidam vxorem petit, filia autem non vuolodimero, quod eum ex illegitimo thoro natum sciebat, sed yeropolcho fratri, quem breui se pariter expetiturum potabat, nubere voluit, vuolodimerus quod repulsam passus esset

esset, Rochvuolochdę bellum infert, eumq; una cum duobus filijs occidit, Rochmidam vero filiam sibi iungit, atq; post Chiovuiam contra fratrem progreditur, Yeropolchus cum fratre inire prelium cum non auderet, occlusit se Chiovuiæ. Vuolodimerus dum Chiovu oppugnat, occultum mittit nuncium ad Blud quendam Yeropolchi intimum consiliariū, quem patris appellatione dignatus, rationem interficiendi fratrem ex eo petit, intellecta petitione Vuolodimeri, pollicetur Blud se ipse dñm suum interfecturum, consulens Vuolodimero castrum vt oppugnet, Yeropolchum autem monet in castro ne maneat, exponens multos ex suis ad Vuolodimerum defecisse, Yeropolchus consiliario suo fidem habens fugit, Rodē, ad ostia Iursæ, secq; ibi aduersus fratris uim tutum fore putat, Vuolodimerus deuicta Chiovuia Roden exercitum transferens, longa & graui obsidionæ Ieropolchum premit, post longa inædia exhausti, cū obsidionē tollerare diutius non possent, consulit Blud Yeropolcho, vt pacem cum fratre, se longe potentiore, faciat: Wolodimero autem interim nihilominus nuncciat, se sibi fratrem suum mox traditurum, adducturumq;. Yeropolchus secutus consilium ipsius Blud, fratris se arbitrio atq; potestati permittit, condicionem hanc ultro offerens, nempe, quicquid ex gratia sua sibi rerum concessurus esset, in eo sese gratum futurum, Wolodimero condicio oblata, haud quaquam displicet, mox Blud monet dominum, vt ad Vuolodimerum iret, quod tamen Vuerasco pariter Yeropolchi consiliarius prorsus disuadet, sed huius consilium negligens, ad fratrem pergit ingrediens per portam, à duobus vuaregis, vuolodimero interim ex quadam turri despiciente, occiditur, quo facto fratris vxorem natione grecam stuprauit, quam Yeropolchus pariter priusquam in vxorem duxisset, monialem impregnauerat. Hic Vuolodimerus multa Idola Chiovuiæ instituit primum Idolum Perun dictum capite argenteo, cetera lingnea erāt, alia Vlad, Corsa, Dasvua, Striba, Simaergla, Macosch vocabantur, quibus immolabat, quæ alias Cumeri appellabantur, vxores habuit, plurimas ex Rochmida autem suscepit Isoslaum, Ieroslaum, Vsevuoldum & duas filias, ex greca Svuetopolchum, Ex Bohema Sasslaum, item ex alia Bohema Svuatoslaū, Stanislaum, Ex Bulgara Boris & Chleb. Habebat preterea in alto castro trecentas concubinas, in Bielgrad, similiter trecentas: In Berestovuo, Selvui ducentas: Vuolodimerus cum sine omni impedimento tocius Rusiæ esset monarcha factus, uenerant ad eum ex diuersis locis oratores, hortantes, vt se eorum sectæ adiungeret, uarias autem cum uideret sectas, misit & ipse oratores suos, qui perquirerent conditiones & ritus singularum sectarum, tandem cum alijs omnibus fidem Christianam greco ritu prætulisset, elegissetq;, missis oratoribus Constantinopolim ad Basilium & Constantinum Reges, Annam sororem vxorem sibi si darent, se fidem Christicum cum omnibus subditis suis susceperum, & restituturū illis Corsun & alia omnia, quæ in grecia possideret, pollicetur: re impetrata, constituit

tempus,eligitur locus, Corsun, quo cũ venissent Reges,baptizatus Vuolodimerus, commutatoq; nomine vuolodimeri, Basilio illi nomen imponitur,nuptijs celebratis Corsun vna cum alijs,sicuti promiserat,restituit, Hæc acta sunt anno mundi 6469. à quo tempore Russia in fide Christi permansit,Anna moritur 23 anno post nuptias, Vuolodimerus uero anno post obitum vxoris quarto decessit, Is ciuitatem intra Vuolham & Occam fluuios sitam condidit, quam à suo nomine Vuolodimeriam nominauit,eamq; Russiæ metropolim cõstituit,inter sanctos tanquam apostolus solemni die videlicet xv.Iulij quotannis veneratur,mortuo Vuolodimero dissidentes inter se filij eius, varie de regno presumentes, decertabant: adeo vt qui potentior esset, alios se inferiores imbecillioresue opprimebat,regnoq; pellebat, Svuatopolchus qui principatum Chiovuiensem,vi occupauerat constituerat siccarios, qui fratres suos Boris et Chleb conficerent,interfecti commutatis nominibus,hic Dauid, ille vero Romanus vocati, in sanctorum numerum connumerati sunt: quibus etiam xxiii.dies Iulij sacer est constitutus, fratribus porro sic dissidentibus nihil dignum memoria interim ab eis gestum est,nisi proditiones,insidias,simultates,intestinaq; bella audire velles, Vuolodimerus Sevuoldi filius cognomento Monomach, vniuersam Russiam rursus in monarchiam redegit, relinquens post se insignia quędam, quibus hodierno die in inaugurandis principibus vtuntur,moritur Vuolodimerus anno mundi 6633 nec post eum filij eius neq; nepotes quicquam posteritate dignum, vsq; ad tempora Georgij & Basilij gesserunt, quos Bati Rex Tartarorum bello vicit interemitq;. Vuolodimeriam,Moscouiam atq; bonam Russiæ partem exussit & depredatus est, Ab eo tempore anno scilicet mundi 6745 usq; ad presentem Basilium omnes fere Russiæ principes Tartarorũ non solum tributarij erant, verum etiam Tartarorum arbitrio Rhutenis ambientibus singuli principatus deferebantur, Lites denicq; inter illos de successione principatuum,aut hereditatum gracia exortas, Tartari discernentes cognoscentesq; decidebant, nihilominus tamen bella sepe inter Rhutenos & Tartaros oriebantur,inter fratres autem varij tumultus, expulsiones & permutationes regnorum & ducatuum. Nam Dux Andreas Alexandri impetrarat, magnum ducatum quem cum occupauerat Demetrius,frater Andreas impetrato Tartarorum exercitu illum expulit, multaq; nepharia per Russiam perpetrauit, Item Dux Demetrius Michaelis, interfecit apud Tartaros ducem Georgium Danielis, Asbeck Tartarorum Rex,arrepto Demetrio capitali eum pœna affecit,Contentio erat de magno Ducatu Tvuerensi,quem Dux Simeon Ioannis,cum à Tartarorum rege Zanabek peteret,annuum ab eo tributum poscebat,quod ne penderet primores largitione corrupti,pro eo intercedentes effecerant. Deinde anno 6886. magnus dux Demetrius vicit bello,magnum Tartarorum regem,nomine Mamaij, Item tertio anno post,eundem iam denuo usq; adeo fudit, vt plus-

quam

quam tredecim millibus passuum terra cadaueribus obruta esset. Anno post eundem conflictum secundo, superueniens Tachtamisch Rex Tartarorum,Demetrium profligauit,Moscouiam obsedit & occupauit,interempti ad sepeliendum octoginta, vno Rublo redimebantur, summa computata 3000. Rublorum fuit, magnus dux Basilius qui presidebat anno 6907. Bulgariam quæ ad Wolham sita est,occupauit,tartarosq; eiecit,Is Basilius Demetrij reliquit vnicum filium Basilium,quem cum non diligeret quod vxorem,ex qua illum susceperat,adulterij suspectam haberet,magnum ducatum Moscouiæ non filio moriens, sed Georgio fratri suo reliquit, cum autem plericq; boiaronum filio eius tanquam legittimo hęredi atq; successori adhererent,animaduertens hoc Georgius, ad tartaros properat,supplicat regi vt Basilium accersat,atq; vtri iure ducatus debeatur decernat,rex impulsu cuiusdam consiliarij sui, qui partes Georgij fouebat,presente Basilio,cum sententiam pro Ceorgio diceret,prouolutus ad genua regis Basilius orat,fas vt sit sibi loquendi,mox annuente rege,inquit,quanquam tu sententiam super literis mortuis tulisti, spero meas tamen quas mihi sigillo aureo communitas dedisti, quod velles me magno ducatu inuestire: adhuc viuas longe maioris efficatię,atq; authoritatis esse rogatq; regem vt verborum suorum esse memor, promissisq; stare dignetur. Ad hæc rex iustius esse respondit, viuarum literarum promissa seruare,quam mortuarum rationem habere, tandem Basilium dimittit,ducatuq; inuestiuit,moleste id ferens Georgius,exercitu congregato, basilium expulit,quod Basilius susq; deq; tulit,secq; in principatum Vglistz, sibi à patre relictum recepit, Georgius magno ducatu quoad vixit quiete potitus est,quem testamento nepoti suo Basilio legauit, quod Andreas & Demetrius filij Georgij, ceu priuati hęreditate, grauiter tulerunt, atq; ideo Moscouiam obsederunt,Basilius qui monasterium sancti Sergij ingressus erat,cum hæc audiret,illico exploratores constituit, præsidijsq; dispositis cauit,ne ex improuiso opprimeretur,quod cum animaduerterent duo illi fratres, inito consilio, certos currus armato milite complent,ac veluti mercibus onustos eò mittunt,ibicq; cum hinc inde ducerentur, iuxtaq; vigilias noctu constitissent, intempesta nocte curribus sese expromentes, milites vigilias nihil periculi suspicantes inuadunt, capiuntq; capitur & Basilius in monasterio atq; excecatus ad Vglistz vna cum coniuge mittitur,Post Demetrius vbi infestam sibi communitatem nobilium, eamq; ad Basilium cœcum deficere uidet mox Nouogardiam profugit, relinquens filium Ioannem,ex quo postea natus est Basilius Semeczitz, qui etiam metum in Moscouia existente,in vinculis detinebatur de quo infra plura, Demetrius autem dictus fuit cognomento Schemecka, vnde omnes ab eo descendentes Schmeczitzi cognominantur, tandem Basilius cecus basilij filius quiete magno ducatu potitus est,post Vuolodimerum Monomach vsq; ad hunc Basiliũ Russia carebat monarchis, filius autem huius basilij.

Ioannes

Ioannes nomine fœliciſſimus fuit, nam ſimul ubi Mariam ſororem magni ducis Michaelis Tvuerenſis vxorem duxiſſet, ſororium expulit, & occupauit magnum ducatum Tvuerenſem, deinde etiam Novuogardiam magnam, cui poſtea omnes alij principes, magnitudine rerũ à ſe geſtarum commoti ſeu timore perculſi, ſeruiebant, rebus deinde fœliciter procedentibus, titulum magni ducis Vuolodimeriæ moſcovuiæ & Novuogardiæ ſibi vſurpare, monarcham denicꝫ ſe totius Ruſsiæ appellare cæpit, Hic loannes ſuſcepit ex Maria filium loannem nomine, cui in conſortem iunxerat filiam Stephani illius magni Vuayvuode moldavuiæ, qui Stephanus machumetem thurcarum, Mathiam Hungariæ & loannem Albertum Poloniæ reges proſtrauerat, mortua priore coniuge Maria, loannes baſilij alteram vxorem duxit Sophiam filiam Thomæ, late quondam in Peloponeſo regnantis, filij inquam Emanuelis regis Conſtantinopolitani ex Paleologorum genere, ex qua ſuſcepit quinꝫ filios Gabrielem, Demetriũ, Georgium, Simeonem & Andream, eisꝫ uiuens adhuc patrimonium diuiſit, Ioanni primogenito monarchatum reſeruauit, Gabrieli novuogardiam magnam conſignauit, cæteris alia iuxta arbitrium ſuum attribuit, Primogenitus loannes moritur relicto filio Demetrio, quem auus in patris mortui locum, iuxta conſuetudinem monarchatu inueſtiuerat, aiunt Sophiam hanc fuiſſe aſtutiſſimam, cuius impulſu dux multa fecit, inter cetera induxiſſe maritum perhibetur, vt Demetrium nepotem monarchatu moueret, incꝫ eius locum preficeret Gabrielẽ, perſuaſus namꝫ dux ab vxore Demetrium in vincula conijcit, detinetꝫ tandem moriens eundem ad ſe adduci iubet, chare inquit, nepos, peccaui in deum & te, quod carceribus mancipatum te afflixi, tecꝫ iuſta hæreditate ſpoliaui, iniuriam igitur à me tibi illatam obſecro mihi remitte, liber abi, iurecꝫ tuo vtere, Demetrius hac oratione permotus, noxam auo facile condonat, egreſſus autem Gabrielis patrui iuſſu comprehenditur, incꝫ carceres conijcitur, alij fame illum ac frigore pars fumo ſuffocatum putant, Gabriel uiuente Demetrio gubernatorem ſe geſſit, eo uere mortuo principatum tenuit non inauguratus, Gabrielis duntaxat in Baſilij nomine commutato. Erat loanni magno Duci ex Sophia filia Helena, quam collocauit Alexandro magno duci Lituanie, qui poſtea rex Poloniæ declaratus eſt, ſperabant Lithuani iam grauiſſimas vtriuſcꝫ principis diſcordias eo matrimonio ſopitas fore, at longe grauiores inde exortę ſunt, in ſponſalibus namꝫ concluſum erat, vt templum rhutenico ritu in caſtro Vilnenſi, deſtinato loco exædificaretur, eicꝫ certę matronæ ac virgines eiusdem ritus iungerentur, que cum aliquanto tempore fieri negligerentur, ſumit ſocer cauſam belli contra Alexandrum, & triplici exercitu inſtructo, contra eum progreditur, primum verſus prouinciam Sevueram in meridiem, ſecundum vero in occidentem contra toropecz et biela inſtituit, tertium in medio verſus drogobuſch & Smolenczko collocat, ab ijs exercitum in ſubſidijs retinet, quo, ei maxime, contra quem Lituanos pugnaturos animaduerteret, ſuccurrere poſſet, poſtquam autem ad fluuium quendam Vuedraſch vterꝫ exercitus veniſſet, Lituani duce

duce Conſtantino Oſtroſkij maxima procerum & nobilium frequentia ſepto, ex quibuſdam captiuis numerum hoſtium ac ducum quocꝫ cum cognouiſſent, magnam ſpem profligandi hoſtem concipiunt, porro cum fluuiolus conflictum impediret, ab vtriſcꝫ tranſitus ſeu vadum queritur, primi autem moſci aliquot, ſuperata ripa, Lithuanos ad pugnam lacẽſſunt, atcꝫ illi haud timidi reſiſtunt, eoscꝫ inſequuntur fugant, vltracꝫ fluuiolum pellunt, mox vtrincꝫ acies committuntur prelium cꝫ atrox oritur, interea dum vtrincꝫ eodem ardore animorũ acriter certarent, exercitus in inſidijs collocatus, quem pauciſſimi rhuteni adfuturũ ſciebant, ex latere in medios hoſtes inducitur, Lithuani metu perculſi dilabuntur, imperator Exercitus vna cum pleriſcꝫ nobilibus capitur, reliqui perterriti caſtra hoſti concedunt, ſe & arces Drogobuſch Toropecz & Biela pariter dedunt, exercitus vero qui meridiem verſus proceſſerat, cui præerat dux Machmethemin Tartarus rex Caſani, forte Brenſko ciuitatis præfectum, quem vernacula lingua Waivuodã uocant, comprehendit, brenſkocꝫ ciuitate potitur, duo poſt germani fratres Baſilij patrueles, alter de ſtaradub, alter vero Semeczitz dicti, bonam partem prouinciæ Sevueræ poſſidentes, alioqui Litvuaniæ ducibus obedientes, imperio moſci ſe tradunt, ſic vnico conflictu, & eodem anno adeptus moſcus, quæ Witoldus magnus dux Lithuaniæ multis annis maximiscꝫ laboribus obtinuerat, Porro cum hiſce captiuis Lituanis, Moſcus crudelius egit, grauiſſimis cathenis vinctos detinuit egitcꝫ cum Conſtantino duce, vt relicto domino naturali ſibi ſeruiret, qui cum aliam ſpem elabendi nõ haberet, condicionem accepit, obſtrictus graui ſſimo iuramento liberatus eſt: huic porro quamuis prædia poſſeſsiones cꝫ pro ſtatus ſui conditione attributę eſſent, ijs tamen placari ac detineri adeo non poterat, vt ad primam occaſionem, per inuias ſyluas redierit, Alexander rex Polonię, magnus dux Litvuanię qui pace magis perpetuo quam bello gaudebat, relictis omnibus prouincijs & caſtris à moſco occupatis liberatione ſuorum contentus, pacem cum ſocero fecit, Is Ioannes baſilij adeo fortunatus erat vt prelio novuogradenſes, ad fluuium Schoiona ſuperarit, uictos adegit certis condicionibus propoſitis, ſe vt dñm & principem agnoſcerent: magnam eis pecuniam imperauit, vnde etiam conſtituens prius ibi locum teneñ ſuum, abijt, quò exactis tandem ſeptem annis reuerſus ciuitatem ingreditur auxilio Archiepiſcopi Theophili, incolas ad miſerrimam ſeruitutem redegit, arrepto argento & auro, ablatis denicꝫ omnibus ciuium bonis, inde vltra trecenta plauſtra bene onuſta abuexit, Ipſe ſemel duntaxat bello interfuit, cum principatus Novuogardiæ & Tvuerenſis occupabantur, alias prelio nunquam adeſſe ſolebat, & tamen victoriam ſemper reportabat, adeo vt mag: ille Stephanus moldavuię palatinus crebro in conuiuijs eius mentionem faciens, diceret, illum domi ſedendo & dormitando imperium ſuum augere, ſe vero pugnando quottidie vix limites defendere poſſe, Ille etiam reges Caſani ex voluntate ſua conſtituit, aliquando captiuos reduxit, à quibus tamen poſtremo ſenex

maxima ſtrage profligatus eſt, ille idem primus caſtrũ moſcouiæ ſuamq; ſedem, vt hodie cernitur, muro communiuit, Mulierib⁹ porro vſq; adeo infenſus erat, vt eius conſpectu, ſi quę forte obuiam ſibi veniſſent, tantum non exanimarẽtur, pauperibus à potentioribus oppreſſis, iniuriaq; affectis aditus ad eum nõ patebat, in prandio plerumq; adeo ſe potu ingurgitabat, vt ſomno opprimeretur, inuitatis interim omnibus timore perculſis ſilentibusq;, experrectus oculos tergere, ac tum primum iocari & hilarem ſe conuiuis exhibere ſolebat, Cęterũ & ſi potentiſſimus erat, Tartaris tamen obedire cogebatur aduenientibus namq; Tartarorum oratoribus, extra ciuitatem obuiam procedebat, eosq; ſedentes ſtans audiebat, quam rem vxor eius greca, tam grauiter tulit, vt quottidie diceret ſeſe Tartarorum ſeruo nupſiſſe, atq; ideo hanc ſeruilem conſuetudinem, vt aliquamdo abijceret marito perſuaſit, vt egritudinem Tartaris aduenientibus ſimularet Erat in caſtro moſcouię domus, in qua habitabant tartari, vt omnia quę moſcouiæ agerentur intelligerent, quod cum ferre vxor pariter non poſſet, certos oratores inſtituit, munera ampla reginæ tartarorum mittit, ſupplicando, vt eam ſibi domum concederet, donaretq;, viſione etenim diuina commonitam, templum ſe eo loci edificaturam: ita tamen vt aliam domum tartaris ſe aſſignaturam polliceretur, cõſentit hoc regina, diruitur domus, templumq; eo loco extruitur, ſic caſtro eiecti Tartari, domum aliam nec viuentibus adhuc nec mortuis iam ducibus conſequi poterant.

Moritur autem Ioannes ille magnus, anno mundi 7014. cui filius Gabriel poſtea Baſilius dictus mag: dux ſucceſſit, habens in captiuitate Demetrium nepotem ex fratre, qui auo adhuc uiuente iuxta gentis conſuetudinem legittimus monarcha creatus erat, & ob id viuo adhuc atq; etiam mortuo poſt nepote, ſolemniter Baſilius creari monarcha noluit, patrem multis rebus imitatus eſt, ea quæ ſibi reliquerat pater, integra cuſtodiuit, ad hæc multas prouincias non tam bello, in quo erat infœlicior, quàm induſtria imperio ſuo adiecit, quemadmodũ pater novuogardiam magnam in ſeruitutem ſuam redegerat, ita & ipſe Pleſcouiam ſociam vrbem, Item inſignem principatum Smolenczko, qui plusquam centum annis ſub ditione Litvuanorum fuerat, adeptus eſt, mortuo etenim Alexandro rege poloniæ, & ſi belli cauſam contra Sigis: regem poloniæ & mag: ducem Litvuaniæ nullam haberet, tamen quia regem ad pacem magis quàm bellum inclinatum, Litvuanos vero bellum pariter abhorrẽtes uideret, occaſionem belli inuenit, Sororem videlicet ſuam Alexandri relictam dicebat' ab eis minime pro dignitate tractari, regem præterea Sigis: inſimulabat tartaros contra ſe concitauiſſe, quare bellum indicit, ſmolenczko obſidet, admotis tormentis nequicq; tamen oppugnat, interea Michael Lyntzky ex principum rhutenorum nobili ſtemmate & familia ortus, qui quondam ſummam rerum apud Alexandrum tenebat, ad magnum ducem Moſcouiæ profugit, quemadmodum infra patebit, mox baſilium ad arma hortatur, eiq; ꝓmittit ſe ſmolenczko ſi iam denuo obſideretur expugnaturũ,

ea tamen

ea tamen lege vt ſibi hũc Principatum moſcus concedat, poſt cum ad conditiones à Michaele propoſitas aſſenſus eſſet Baſilius, atq; Smolenczko graui iam denuo premeret obſidione, Lynczkij pactionib⁹ ſeu largitione verius vrbe potitus, militięq; prętectos oẽs ſecum in Moſcouiam duxit, vno duntaxat excepto, qui ad dominum ſuum, nullo proditionis crimine ſibi conſcius, redierat, reliqui vero centuriones corrupti pecunia & muneribus redire in Litvuaniam non audebant, & vt culpę ſuę patrocinium prętenderent, iniecerunt metum militibus, dicentes, ſi Litvuaniam verſus iter arripiemus, paſſim aut ſpoliabimur aut occidemur, quo malo perculſi milites, omnes in Moſcouiam ꝓfecti ſunt, ſtipendioq; principis aluntur.

Hac victoria elatus Baſilius exercitum ſuum continuo in Litvuaniam progredi iubet, ipſe vero in Smolenczko manet, dein cum aliquot propinquiora caſtra & oppida deditione capta eſſent, tum primum Sigis: rex Poloniæ obſeſſis in Smolenczko, coacto exercitu auxilium ſed tardius miſit, mox occupato Smolenczko, vbi Litvuaniam verſus Moſci exercitum ire animaduertit, ipſe Boriſouu iuxta fluuium Bereſina ſitum, aduolat, atq; inde exercitum ſuum Conſtantino Oſtroſkij duce dimittit, qui cum attigiſſet boriſthenem, circa Orſam oppidum, quod à ſmolenczko XXIIII. mili: ger: diſtat, aderat tum iam exercitus Moſci circiter octoginta millia. Lithvuanicus autem non excedebat triginta quinq; millia hominum, adiunctis tamen aliquot bellicis tormentis, Conſtantinus Menſe Septemb: die VIII. Anni M. D. XIIII. ſtrato ponte, peditem atum vltra Boriſthenem iuxta Orſam oppidum, tranſfert, equitatus autem anguſtum vadum ſub ipſo caſtro Orſæ ſuperat, mox vbi dimidia pars exercitus Boriſthenem tranſiſſet, nunciatur Ioanni Andreę Czeladin, cui ſumma rerum à Moſco erat cõmiſſa, vt hanc exercitus partem inuaderet contereretq;, at ille reſpondit, ſi partem hanc exercitus oppreſſerimus ſupererit altera pars, cui forte alię iungi copię poſſent, atq; ita nobis maius periculũ immineret, expectemus tantiſper, dum totus exercitus tranſferatur, tantæ enim ſunt noſtrę vires, vt ſine dubio, nec magno labore, hunc exercitum aut opprimere aut circumuentum Moſcouiam vſq; veluti iumenta, agere poſſimus, tandem quod vnicum reſtat, totam occupemus Lithvuaniam. Interim appropinquabat exercitus Litvuanicus, & cum quatuor millibus paſſuũ ab Orſa proceſſiſſet vterq; ſubſiſtit, Moſcorum duę alæ longius ab exercitu receſſerant, vt hoſtem à tergo circumuenirent, acies autem inſtructa in medio ſtabat, ſubductis quibuſdam in fronte, qui hoſtem ad pugnam laceſſerent, Ex aduerſo Litvuanus diuerſas copias, ordine longo, collocabat ſinguli etenim principatus, ſuæ gentis copias, & ducem miſerant, atq; ita ſingulis ſuus in acię dabatur locus, tandem cohortibus in fronte conſtitutis, Moſci claſſicum canentes primi in Litvuanos impetum faciunt, illi haud timidi reſiſtunt, eosq; repellunt, quibus mox alij in auxilium miſſi, viciſſim Litvuanos in fugam conuertunt, ſic aliquoties vtraq; pars nouis ſubſidijs aucta alteram repellebat, poſtremo maxima vi certatur, Lithvuani ſtudio cedentes ad locum, vbi tormenta bellica collocauerant, quæ in Moſcos in-

ſequentes conuertunt, extremam q̄ aciem eorum in ſubſidijs arctius collocatam feriunt, turbant, dirimuntq̄: hoc nouo belli genere mosci qui primos duntaxat in acie cum hoſte confligentes, in periculo eſſe putabant, terrentur, turbaticq̄ primam aciem iam iam fuſam putantes, fugam capeſſunt, quos Lithvuani conuerſi, omnibus copijs effuſis inſequuntur fugant, cędunt q̄, hanc cædem ſola nox ac ſyluę dirimerunt, Eſt inter Orſam & Dobrovunam (quæ quatuor mil: ger: diſtant) fluuius Cropivuna dictus, in cuius dubijs & altis ripis fugientes, tot mosci ſubmerſi, vt curſus fluminis impediretur, capti ſunt in eo conflictu omnes militiæ prefecti ac conſiliarij, quorum preſtantiores, Conſtantinus ſequenti die lautiſſime accepit, dein ad regem miſit, qui per caſtra Lithvuanica ſunt diſtributi, Ioannes czeladin cum alijs duobus prędipuis ingraueſcentis iam ætatis ducibus habebatur in ferreis compedibus vilnæ, hos ego cum à Cæſare Maximiliano legatus in Moſcovuiam miſſus eſſem, permittente rege Sigis: acceſſi, eosq̄ conſolabar, aureos preterea aliquot, obſecrantibus, mutuo dederam, princeps porro accepta ſuorum clade Smolenczko continuo relinquens, in moſcovuiam fugit, & ne caſtrum Drogobuſch Litvuani occuparent, incendi iubet, Lithvuanicus exercitus recta Smolenczko ciuitatem contendit, ſed capere eam non potuit, quod præſidijs impoſitis, moſcus eam bene firmatam reliquerat, et quod hyems impendens obſidionem impediebat, tum q̄ plurimi poſt conflictum prę da onuſti, ſatis ſe effeciſſe rati, domum repetebant, denicq̄ quod neq̄ Litvuani neq̄ mosci expugnare arces aut vi capere norunt, ex ea autem victoria prę ter recuperata citra Smolenczko tria caſtra rex nihil reportauerat, Anno poſt hunc conflictum quarto miſit in Litvuaniam exercitum moſcus, atq̄ intra meatus Dvuinę fluuij & Poloczko caſtrum conſedit, acinde bonam exercitus partem quæ Lithvuaniam abacta præda cede & incendijs depopularetur / dimiſit. Albertus Gaſtold Poloczkij Vuayvuoda vna noctium egreſſus flumine ſuperato, aceruo vno fœni q̄ ad longam obſidionem congeſſerant moſci, incendit, hoſtem inuadit, quorum alij cæſi ferro, alij fugiendo ſubmerſi, alij capti, pauci euaſerunt, cæteri qui palantes Litvuaniam vaſtabant, pars in locis diuerſis deuicti, alij in ſyluis errantes à colonis trucidati ſunt.

Caſan regnum moſcus quoq̄ eo tempore tam nauali quam equeſtri exercitu erat agreſſus, ſed re infecta, amiſſis quàm pluribus militibus redijt, porro princeps ille Baſilius & ſi in bello eſſet infœliciſſimus, nihilominus tamen à ſuis ſemp tanquam res fœliciter gereret laudatur, et cum nonnunq̄ vix dimidia militum pars domum redierit, tamen ne vnum quidem prędio eſſe amiſſum dictitant, Imperio, quod in ſuos exercet, omnes facile vniuerſi orbis monarchas ſuperat, & id q̄ pater inceperat ipſe perfecit, nimirum omnes principes & alios quosuis omnibus caſtris ac munitionibus exuit certe fratrib⁹ ſuis germanis, nec arces pmittit, nec etiam confidit, omnes iuxta, dura ſeruitute premit, adeo vt quemcunq̄ apud ſe in aula eſſe, aut in bellum ire aut legationem aliquam obire iuſſerit, obire quoduis ſuis ſumptibus cogatur exceptis adoleſcentulis filijs Boiaronum, hoc eſt nouioris fortunę nobilium, quos paupertate oppreſſos quotan nis aſſummere

eosq̄

eosq̄ inęquali ſtipendio propoſito, alere ſolet, porro quibus in annum ſex aureos numerat, hijs tertio quoq̄ anno ſtipendiū exoluitur, quibus autem in ſingulos annos dantur xii. aurei, ij coguntur ad quoduis muuus obeundum ſuis & ſumptibus & equis aliquot, eſſe parati ac expediti, preſtantioribus qui legationem aut alia grauiora officia obeunt, aut præfecturæ aut villæ aut prædia, habita cuiusq̄ & dignitatis & laboris ratione, attribuuntur: de quibus tamen ſingulis certos annuos cenſus principi pendūt mulcta duntaxat, quam à pauperibus aliquid forte delinquentibus extorquent, & quędam alia illis cedunt, huiuſmodi autem poſſeſsiones vtendas plerumq̄ ad ſesquiannum permittit, ſi quem tamen ſingulari gratia, ſeu beneuolentia complectitur, addit menſes aliquot, ſed elapſo eo tempore, ceſſat omnis gratia, totoq̄ ſexennio gratis tibi erit deinceps ſeruiendum, Erat quidam Baſilius Tretyack dolmatovu, charus principi, & inter intimos ſecretarios habitus, quem cum legatum ad Cæſarem Maximilianum decerneret, ſecq̄ vt prepararet iuberet, at cum is viatico ſe ac ſumptibus carere diceret, mox in Bieloyeſſero captus, inq̄ perpetuos carceres coniectus, tandem miſerrime perijt, cuius tam mobilia quam immobilia bona princeps ſibi vendicauit, & quamuis ter mille florenorum in prompta pecunia reperęrat, fratribus tamen ac hæredibus ſuis, ne teruncium quidem dederat, hoc ita eſſe præter communem famam Ioannes ſcriba qui à principe, vt mihi res in quottidianos vitæ vſus neceſſarios ſuppeditaret, conſtitutus erat, fatebatur, & qui illum ſimul vbi captus erat, in ſua cuſtodia habebat, itidem duo Baſilij fratres Theodorus & Zacharias, qui nobis redeuntibus ex moſaiſco in ſmolenczko procuratores erant dati, ſic actam rem affirmabant: Quicquid oratores ad externos principes miſſi, prędioſi reportant, id princeps in ſuum fiſcum reponit, inquiens aliam ipſis gratiam ſe facturum, quę talis eſt, vt ſupra dixi, Oratores enim Knes Iwan Poſetzen Iaroſlavvuſki et Semen id eſt Simeon Trophimovu ſecretarius à Cæſare Carolo quinto, ad quem miſſi erant, donati grauibus torquibus, aureis Cathenis, Hiſpanica & ea quidem aurea moneta, item à Cæſaris fratre FERDINANDO archiduce auſtrię, domino meo, argenteis poculis, aureis & argenteis pannis, germanica aurea moneta, cum redeuntes nobiſcum in moſcovuiam veniſſent, princeps continuo & cathenas & pocula atq̄ maiorem partem Hiſpanicorum aureorum illis ademit, eius rei veritatem cum ab oratoribus inquirerem, alter timens ne principem ſuum traduceret, conſtanter negabat, alter uero dicebat principem iuſſiſse munera regia ad ſe deferri, vt ea videat, poſt cum ſepius eius rei meminiſſem, alter aut vt menciendi occaſionem, ſi pernegaret, aut periculum, ſi forte veritatem fateretur effugeret, me poſt hac frequentare deſierat, aulici denicq̄ factum non negabant, ſed reſpondebant, quid tum: ſi alia gracia illis princeps rependit Authoritate ſua tam in ſpirituales quam ſeculares vtitur, libere ac ex voluntate ſua de omnium & vita & bonis conſtituit, conſiliariorū quos habet nullus eſt tantæ authoritatis qui diſſentire aut ſibi in re aliqua reſiſtere au-

deat. Fatentur publice voluntatem principis, dei esse voluntatem, & quicquid princeps egerit, ex voluntate dei agere, ob id etiam clauigerum & cubicularium dei appellant, exequutorem denicq; voluntatis diuinæ credunt, vnde princeps ipse si quando preces interponuntur pro captiuo aliquo, aut re alia graui, respondere solet, cum deus iusserit, liberabitur, ita similiter si quispiam de re aliqua incerta & dubia querit, respondere communiter solent, deus scit & magnus princeps, Incertum est an tanta immanitas gentis tyrannum principem exigat, an tyrannide principis, gens ipsa tam immanis tamq; dura crudelisq; reddatur.

A tempore Rurickh vsq; ad hunc præsentem principem non alio titulo vsi sunt, principes illi quam magnorum ducum aut Wolodimeriæ aut Moscouię aut Nouuogardię &c. præter Ioannem basilij, qui se dominum totius Russiæ, & magnum ducem Vuolodimeriæ &c. appellabat, Hic vero basilius Ioannis sibi vendicat & titulum & nomen regium in hunc modum, magnus dominus basilius dei gratia, rex & dominus totius russię, & magnus dux Vuolodimeriæ, Moscouiæ, Nouuogardiæ, Plescouię Smolenczkiæ, Tvueriæ, Iugariæ, Permiæ, Viackhiæ, Bulgariæ, &c. dominus & magnus dux Nouuogardiæ terræ inferioris & Czernigouię, Rezaniæ, Vuolotkiæ, Rschouiæ, Beloiæ, Rostouiæ, Iaroslauiæ, Bielozeriæ, Vdoriæ, Obdoriæ, Condiniæ &c. Porro cum omnes hunc Imperatorem nunc appellant, videtur necessarium, vt & titulum & causam huius erroris exponam. Czar rhutenica lingua regem significat, cũ autem communi Slauonica lingua, apud Polonos Bohemos & alios omnes sumpta quadam consonantia, ab vltima & ea graui quidem syllaba Czar, imperator seu cæsar intelligatur, vnde omnes qui rhutenicum idioma seu litteras non callent, item Bohemi, Poloni, atq; etiam slaui regno Hungarico subditi, alio nomine regem appellant, nempe Crall, alij Kyrall, quidam Koroll Czàr autem solum Cæsarem seu Imperatorem dici existimant, vnde factum vt rhuteni interpretes audientes principem suum ab externis nationibus sic appellari, cęperunt & ipsi deinceps imperatorem nominare, nomenq; Czar dignius esse quam regis (licet idem significent) existimant, cęterum si euolues omnes eorum historias atq; sacram scripturã, vbicq; regis nomine Czar, imperatoris vero Kessar reperies, eodem errore imperator Thurcarum czàr appellatur, qui tamen non alio eminentiore quàm regis, hoc est, Czar titulo ab antiquo est vsus, hinc constantinopolim czarigrad quasi dicas regiam vrbem turcæ europei, qui lingua Slauonica vtuntur appellant, Sunt qui principem moscouiæ Albũ Regem appellant, equidem causam diligenter querebam, cur regis albi nomine appellaretur, cum nemo principum moscouiæ eo titulo antea esset vsus, imo consiliarijs ipsis sepe data occasione & aperte dixi, nos non regem, sed magnum ducem agnoscere, plericq; tamen hanc regij nominis rationem esse putabant, quod sub imperio suo reges haberet, Albi vero rationem nullam habebant, credo autem vt persam nunc propter rubea tegumenta capitis

capitis Kisilpassa. id est, rubeum caput vocant, ita illos propter alba tegumenta albos appellari, regis porro titulo vtitur ad Roman: imperatorem & pontificem, regem suetiæ & daniæ, magistr. Prussiæ, Liuoniæ & vt accepi ad turcarum principem, ipse vero à nemine horum, nisi forte à Liuonieñ. Rex appellatur. Titulis autem antiquitus, tribus circulis triangulo inclusis, vti solebant, quorum primus in supremo circulo hisce verbis continebatur, Deus noster trinitas, quæ fuit ante omnia secula pater, filius, & spiritus sanctus non tamen tres dij sed vnus deus in substantia, in secundo titulus imperatoris thurcarum erat particula adiecta fratri nostro dilecto, in tertio titulus magni ducis Moscouię, quo se regem & hęredem ac dominum totius Russiæ orientalis & meridionalis fatebatur, in quo cõmuni formulę subiunctũ vidimus, misimus ad te nostrum fidelem consiliarium, Ad regem autem Poloniæ huiusmodi titulo vtitur, magnus dominus basilius dei gratia, dominus totius Russiæ, & magnus dux Vuolodimeriæ, Moscouiæ, Nouuogardiæ, Smolenski Tvueriæ, Iugariæ, Permiæ, Bolgariæ, &c. omisso regis titulo, neuter enim horum alterius litteras nouo titulo auctas, accipere dignatur. quod quidem nobis Moscouiæ existentibus acciderat, cum regis Sigismundi litteras ad se missas atq; titulo ducis Masouiæ auctas, moscus grauatim acceperat.

Scribunt quidam moscum à pontifice Romano & à Cæsare Maximiliano nomen expetiuisse & titulum regium, mihi verisimile non videtur, presertim cum nulli homini infensior sit quàm summo Pont: & quem non nisi doctoris titulo dignatur, Cęsarem autem Romanũ non maiorem se existimat, vt ex litteris suis apparet in quibus nomen suum imperatoris titulo pręponit, Nomen item ducis, apud eos dicitur Knes, nec alium maiorem titulum, vt dixi vnquàm habuerunt, adiuncta illa dictione, Magnus nam omnes alij qui vnicum principatum habebant, dicebantur Knes, qui vero plures principatus atq; alios Knes subiectos sub imperio habebant, vueliki Knesi, id est magni duces appellabantur, neq; alium gradum seu dignitatem habent post Boiaros, qui more nostro locum nobilium (vt supra dixi) seu equitum tenent. In Croacia vero primores similiter Knesi vocantur, apud nos vero sicuti & in Hungaria, non nisi Comitum nomen obtinent.

Morem quo Principes Moscouiæ inaugurantur, sequens formula, quam non ita facile consecutus sum, tibi depinget, & qua vsus est magnus dux Ioannes basilij, cum suum nepotem Demetrium, vt antea memini magnum ducem & monarcham Russiæ inuestiuerat.

IN medio templi diuæ virginis erigitur tabulatum, super quo tria sedilia Auo scilicet, Nepoti & Metropolitano, collocantur, constituitur item suggestum, quod ipsi Nolai vocant, super quo ducalis pileus & Barma, hoc est ornamentum ducale ponuntur, post ad constitutum tempus Metropolitanus, archiepiscopi, episcopi, abbates, priores, totusq; conuentus

ecclesiasticorum solennibus ornamentis induti adsunt, magno itaq; duce cum nepote templum ingrediente, canunt diaconi, multos annos vni duci magno Ioanni secundum consuetudinem, subhæc metropolit: cum toto clero canere incipit, orationem diuæ virginis & sancti Petri confessoris, quem ipsi more suo miraculosum appellant, qua finita metropolitanus, magnus dux & nepos tabulatum ascendunt, inq; sedilia collocata sedent, nepote interim ab inicio tabulati subsistente, tandem magnus dux in hæc verba prefatur, Pater metropolitane, ex diuina voluntate à nostris maioribus magnis ducibus antiqua & hactenus obseruata cõsuetudine, patres magni duces, filijs suis primogenitis consignabant magnum ducatum, & sicut eorum exemplo genitor meus magnus dux, me coram se benedixit magno ducatu, ita ego quoq; primogenitũ meum Ioannem coram omnibus magno ducatu benedixi, sed quia diuina voluntate accidit, vt filius ille meus mortem obierit, superstes autem sit vnigenitus Demetrius quẽ mihi deus loco filij mei dedit, hunc itaq; ego pariter coram omnibus benedico, nunc & post me magno ducatu Wolodimeriæ, Novuogardiæ &c. super quibus & patrem eius benedixeram.

Subhec metropolitanus iubet nepotem locum sibi assignatum accedere & benedicit illi cruce, Diaconumq; iubet orationes diaconorum recitare, ipse interim sedendo iuxta illũ, capite inclinato quoq; orat, Domine deus noster rex regum dominus dominantium, qui per Samuelem prophetam elegisti Dauid seruum tuum, & inunxisti illum in regem, super populum tuum Israel, tu nunc exaudi preces nostras tuorum indignorum, & respice à sanctuario tuo ad fidelem seruum tuum Demetrium, quem elegisti, exaltare regem tuis gentibus sanctis, quem redemisti præciosissimo vnigeniti filij tui sanguine, & inunge eum oleo letitię protege eum virtute excelsi, pone super caput coronam de lapidibus præciosis, da illi longitudinem dierum, & in dextram sceptrum regale, pone illum in sedem iustam, circumda illum omnibus armis iustitiæ, fortifica illum in brachio, & subijce illi omnes linguas barbaricas, & sit totum cor eius in timore tuo, qui te humiliter audiat, auerte illum à fide mala, & demonstra illi saluum conseruatorem mandatorum sanctę tuę vniuersalis ecclesiæ, vt iudicet populum in iustitia, & iustitiam præstet pauperibus, conseruetq; filios pauperum, et consequatur dein regnum cęleste.

Postea clara voce loquitur, sicuti est tua potentia, & tuum est regnum, ita & laus & virtus sit deo patri & filio & spiritui sancto, nunc & in secula seculorum. Finita hac oratione, imperat duobus abbatibus metropolitanus, vt sibi Barma porrigant, quæ vna cum pileo, quodam tegumento serico (quod Schirnikoiu appellant) tecta erat, mox hanc tradit magno duci crucęq; nepotem signat, magnus autem dux eam sup nepotem ponit, dein metropolitanus inquit, pax omnibus. cui diaconus, domine oremus, tum metropolitanus orans, tibi vnico regi æterno, cui terrenum quoq; regnum creditũ, inclinate vos nobiscum inquit, & orate omnia regnantem conserua

Barma

conserua illum sub protectione tua, contine illum in regno, vt semper bona & decentia agat, fac claresçat iusticia in diebus suis, amplificationeq; sui dominij, & vt in tranquilitate eius, quiete sine discordia viuamus, in omni bonitate & puritate, & hæc submissius, alta autem voce, tu es rex mundi et seruator animarum nostrarum, laus tibi patri & filio spirituiq; sancto nunc & in secula seculorum amen, tandem pileum ducalem à duob⁹ abbatibus mandato sibi allatum, magno duci porrigit, ad hæc cruce nepotem in nomine patris & filij & spiritus sancti signat, pileum porro magno duce capiti nepotis imponente Metropolitan⁹ primum dein Archiepiscopus et Episcopi accedentes manu ei benedicebant, his ordine peractis metropolitanus & magnus dux nepotem sibi assidere iubẽt, paulisperq; commorati surgunt, interea diaconus letaniam vt vocant incipit. Miserere nostri domine, nominans Ioannem magnum ducem, rursus alter chorus commemorat, magnum ducem Demetrium nepotem & alios secundum consuetudinem, finita letania orat metropolitanus, O sanctissima domina virgo dei genitrix, & post orationem metropolitanus & magni duces considerent, sacerdos seu diaconus locum demonstrat in quo legebatur Euangelium, altaq; voce dicit, multos annos magno duci Ioanni, bono fideli christi dilecto, deo electo & deo honorando, magno duci Ioanni basilij Vuolodimeriæ, Novuogardiæ & totius Russiæ monarchæ per multos annos, subhæc sacerdotes ante altare canunt, magno duci multos annos, itidem in dextro ac sinistro choro diaconi canunt, multos annos, tandem rursus diaconus alta voce multos annos mag: duci Demetrio bono fideli christi dilecto, deo electo & honorando magno duci Demetrio Ioannis Vuolodimeriæ, Novuogardiæ & totius Russiæ multos annos, Sacerdotes item apud altare, et in vtroq; choro intonant multos annos Demetrio, Quibus peractis Metropolitanus archiepiscopus episcopi & tota congregatio ordine, mag: duces accedunt eosq; honorifice consalutant, accedunt & filij magni ducis, inclinando & salutando magnum ducem.

INSTITVTIONES MAGNI DVCIS IAM INAVGVRATI.

SImon Metropolitanus inquit, dñe & fili magne dux Demetri, diuina voluntate auus tuus magnus dux fecit tibi gratiam, benedixit te ducatu magno, & tu domine & fili, habe timorem dei in corde ama iustitiam, & iustum iudicium, obedias auo tuo magno duci, et curam de omnibus recte fidelibus, ex toto corde habeto, & nos te dominum filium suum benedicimus, & deum oramus pro tua salute, dein metropolitanus & magni duces surgunt, metropolitanusq; orans benedicit cruce mag: duci eiusq; filijs, tandem Liturgia hoc est, sacro peracto magnus dux auus se in suam habitationem confert, Demetrius vero in ducali pileo & Barma ex æde diuæ virginis, magna Boiaronum caterua filijsq; comitantibus, ad templum

Michaelis

Michaelis archangeli pergit, vbi in veſtibulo ſupra pontem à Georgio mag: ducis Ioannis filio, ter dengis aureis aſpergitur, templumq; ingreſſus Sacerdotes letaniam orantes, ſecundum conſuetudinem, cruce ei benedicebant, & iuxta ſepulchra ac monumenta eum ſigno crucis ſignabant, dein templum egrediens, in porta à Georgio rurſus dengis aureis aſpergitur, poſt recta in templum annunctiationis Mariæ progreditur, vbi ſacerdotes pariter ei benedicebant, & à Georgio dengis vt antea aſpergebatur, peractis tandem ijs, ad auum & matrem ſe contulit Demetrius, acta ſunt hæc Anno mundi 7006. à nato autem Chriſto 1497. die quarta Menſis Februarij.

Interfuerunt autem huic mandato magni ducis & benedictioni Simonis metropolitani,
Tichon archiepiſcopus Roſtovuien & Ioroſlavuienſis. Nyphont ſuſdalienſis & Toruſki:
Waſian Epiſcopus Tvuereñ, Prothaſius Reſanenſis & Muromſki.
Afranius Columbnenſis, Ieuſimj, Sarki & Podonſki Epiſcopi.

Multi item abbates & priores, inter quos potiores Serapian Prior Monaſterij ad ſanctam trinitatem diui Sergij & Makirij, prior Monaſterij ſancti Cirilli, magnus denicq; conuentus religioſorum & eccleſiaſticorum aderat, Inter prandendum muneris quaſi loco oblatũ erat cingulum latum auro, argento, gemmis precioſis confectum, quo cingebatur, mox Selgi quoq; pereaſlavuſki, hoc eſt piſciculi ex lacu Pereaſlavuienſi halecibus non diſſimiles, quorum & nomen habent, ideo autem id genus piſcium putant afferri, quod Pereaſlavu nunquam ſeparabatur à Moſcovuia vel Monarchia.

Barmai eſt veluti torques latæ formę ex veluto, extrinſecus tamen auro & omnis generis gemmis concinne confectus, quem Vuolodimerus prefecto cuidam Caphe ianuenſi profligato ademit.

Pileus ipſorum lingua Schapka dictus, quo Vuolodimer⁹ Monomach vſus eſt, & quem gemmis ornatum, aureis item laminis quaſi quibusdam ſpirulis ſubinde ſeſe vibrantibus, mire concinnatum reliquit, hactenus dixi de principe qui maiorem partem Ruſsiæ tenet.

Ceteras Ruſsiæ partes nunc vnus Sigismundus Polonię rex magnusq; dux Lituaniæ tenet, ceterum cum regum poloniæ qui originem ſuam ex Lituanis traxerunt, mentio fit, de genealogia eorum quedam ſubiungenda videntur.

Prefuit magno ducatui Lituanię princeps quidam Witenen, quem cum ſeruitor ſuus Gedemin, vt polonorum annales referunt, occidiſſet, mox et ducatu & vxore potit⁹ eſt, ex eaq; inter plures alios precipuos duos ſuſcepit filios, Olgird & Keſtud, Ex Keſtud natus eſt Vuitoldus, quem alias Vuitovudum appellant, & Anna Ianuſij Ducis Mazovuiæ coniunx.

Vuitoldus reliquit vnicam filiam Anaſthaſiam que Baſilio duci moſcovuiæ in matrimonium collocata Sophiaq; nominata eſt, ex qua natus eſt Baſilius

Baſilius pater magni illius Ioannis, auus Baſilij rutenorum principis, ad quem Orator miſſus fui.

Keſtud porro ab Olgird fratre in carcerem coniectus miſere perijt, Vuitoldus quoq; vir quo maiorem Lituania non habuit, et ex baptiſmo Alexander dictus 1430 moritur.

Olgird Gedemini filius ex vxore Maria principe Tvuerenſi chriſtiana inter alios filios Iagelonem ſuſcepit, is regnandi cupiditate non ſolum regnum Poloniæ, ſed ipſam Hedvuigim quoq;, que tum diademate inſignita regno prefuit, Vuilhelmoq; duci Auſtriæ deſponſata fuit, atq; adëo parentibus primatibusq; vtriusq; regni conſentientibus, ante nubiles annos regio more cum eo concubuiſſet, affectabat, miſisq; mox in Poloniam oratoribus ſuis, regnũ & Hedvuigim vxorem expetit, vt autem polonos in ſuam ſententiam pertraheret, votiq; compos fieret, inter alia fidem ſe Chriſti vna cum fratribus ſuis, ducatibus item Lituaiæ & Samogithiæ ſuſcepturum pollicetur, aliſq; id genus promiſſionibus, polonos in ſuam ſententiam permouit vt Hedvuigis horum authoritate adducta atq; etiam inuita, reſciſſo priore matrimonij fœdere, illi nuberet, quo facto Iagelo ipſe continuo Vulatiſlai nomine accepto baptizatur in regem coronatur, nuptijsq; peractis Hedvuige vxore anno domini 1386 potitur, qua tamen non longe poſt, primo in partu mortua, Annam Comitem Celeie duxit vxorem, ex qua ſuſcepit vnicam filiam Hedvuigin deſponſatam Friderico iuniori Brandenburgenſi, duxerat & anum quandam, qua pariter mortua, Ruttenã Andreę Ioannis ducis Chiovuienſis filiam Soncam, que poſt aſſumpto ritu Romano, Sophia appellata eſt, duxit: ex eaq; ſuſcepit Vuladiſlaum & Caſimirum filios,

Vuladiſlaus patri in regno ſucceſſit, inq; Hungariæ regem, ſubmoto legittimo hęrede Alberti regis defuncti filio Ladiſlao poſthumo coronatus, ad Vuarnamq; lacum poſt à thurcis oppreſſus eſt:

Caſimirus, qui tum magnum Lithvuaniæ ducatum tenebat, & qui Ladiſlao poſthumo ſimiliter regnum Bohemiæ, forte fratris exemplo ductus adimere voluit, fratri in regno Poloniæ ſucceſſit, dein eius Ladiſlai hungariæ & Bohemiæ regis ſororem Eliſabetham in vxorem duxit, ex qua ſuſcepit filios Vuladiſlaum vngariæ & Bohemiæ regem, Ioannem Albertum, Alexandrum, Sigiſmundum Poloniæ reges, Fridericum Cardinalem & Caſimirum qui in ſanctorum numerum relatus eſt,

Vuladiſlao erat Ludouicus filius & Anna filia, Ludouicus in regno ſucceſſit, Maria Philippi regis Caſtellę, Archiducis Auſtriæ, filia in vxorem ducta, à thurcis in Mohacz anno 1526 oppreſſus eſt.

Anna Ferdinando Romanorum Hungariæ & Bohemiæ Regi, Archiduci Auſtriæ nupſit, quatuor filijs & vndecim filiabus ex ea ſuſceptis, Pragę tandem in puerperio Anno dnmini 1547. moritur.

Ioannes Albertus ſine coniuge obijt.

Alexander Helenam Ioannis Magni Ducis Moſcovuiæ filiam, duxit

vxorem

vxorem, ſine liberis tamen deceſſit.

Sigiſmundus ex priore vxore Barbara Stephani Comitis Zepuſienſis filia, ſuſcepit Hedvuigin Ioachimi Brandenburgenſis Electoris coniugem, Ex poſteriore Bona, filia Ioannis Sfortia Ducis Mediolani & Barñ, ſuſcepit Sigiſmundum ſecundum Poloniæ regem, Magnum Lithuanię ducem, qui Eliſabetham Ferdinandi Ro: Hungariæ & Bohemię Regis &c, filiam anno 1543. ſexta die May vxorem duxit, Que tamen immatura morte et ſine prole anno 1545. die lunñ decimaquinta, deceſſit.

Semouites Mazouię Dux, ex Alexandra Iagelonis ſorore ſuſcepit multos filios filiasq; filñ ſine liberis deceſſerunt, Ex filiabus Zimburgis nupſit Arneſto Auſtriæ archiduci, ex eoq; genuit Fridericum Romanorum Imperatorem patrem Maximiliani Imperatoris, Maximilianus genuit Philippum Hiſpaniarum Regem, Philippus Carolum. v. & Ferdinandum Romanorum imperatores.

Ovuka Vuoleſlao Theſinenſi Duci in matrimonium collocata eſt.

Amulia Vuoguſlao Stolpenſium Duci, qui nunc pomeraniæ Dux appellatur, nupſit.

Anna vero Michaeli Duci Lithuanię, Catharina innupta obñt.

Porro Olgird atq; Iagelonis fratres Nepotesq;, item filiarum eiuſdem liberos, Keſtudis deniq; Caſimiri aliorumq; Regū poſteros, ſi quis ordine recenſere vellet, in immēſum, tam numeroſa proles excreſceret, que tamen vt ſubito aucta eſt, ita nunc in vno regis Poloniæ iam mortui filio Sigismundo ſecundo Poloniæ rege, maſculinus ſexus reſidet. Sed nunc ad moſcos redeo.

Baſilio Ioannis de vxore ducenda deliberanti conſultantiq;, uiſum tandem fuit, vt potius ſubditi alicuius filiam quam externam duceret, tum vt maximis parceret ſumptibus, ſimul ne vxorem peregrinis moribus diuerſaq; religione imbutam haberet, huius autem conſilñ Georgius cognomento paruus, principis & theſaurarius & conſiliarius ſummus, author fuit, putabat enim principem filiam ſuam vxorem ducturum, ſed tandem publico de conſilio, Boiaronum filię numero mille & quingentę, cum in vnum locū conductę eſſent, vt ex illis quam vellet, eligeret, delectu igitur princeps habito, Salomeam Ioannis Sapur Boiaronis filiam contra Georgñ opinionem in vxorem elegerat, ex ea porro cum ad vnum & viginti annos liberos non ſuſcepiſſet, ſterilitate vxoris offenſus, eam eo anno quo nos Moſcouiam veneramus, nimirum 1526 in Monaſterium quoddam in Susdali principatu intruſit, huic Metropolitanus in Monaſterio lachrimanti eiulantiq;, capillis primum abſciſſis, cum cucullam porrexiſſet, eam ſibi inñci hec adeo non patiebatur, vt apprehenſam in terramq; proiectam cucullam pedibus calcauerit, qua rei indignitate, Ioannes Sthygona vnus ex primariis conſiliariis, commotus, eam non ſolum acriter obiurgauit, ſed flagello cęcidit, ſuperaddens, Tu ne voluntati Domini reſiſtere audes? illiuſq; iuſſa capeſſere moraris? Hunc Salomea cum interrogaret, qua ſe authoritate

authoritate cęderet, mandato domini cum reſpondiſſet, animo illa tum fracto coram omnib⁹, quod cucullam inuita atq; coacta induat proteſtatur, tantæq; iniuriæ ſibi illatę deum ultorem inuocat, Salomea itaq; in monaſterium coniecta, cum Princeps Helenam filiam Knes baſilñ lintzkñ Ceciiamq; vita defuncti, fratris inquam Ducis Michaelis lintzkñ, qui tum captiuus detinebatur: vxorem duxiſſet, continuo fama exoritur, Salomeam grauidam propeq; partum eſſe, rumorem confirmabant duæ matronæ, primorum conſiliariorū Georgñ parui theſaurarñ & Iacobi Mazur cubicularñ vxores, aiebantq; ſeſe ex ore ipſius Salomeę audiuiſſe, vt que grauidam ſe & prope partum eſſe fateretur, qua re audita grauiter comotus Princeps vtramq; à ſe repulit, alteram Georgñ vxorem etiam verberibus affecit, quod tempeſtiuius de hac re ad ſe non retuliſſent, Mox vt rem compertam haberet theodericum Rack conſiliarium & Potat Secretarium quendam, ad monaſterium in quo detinebatur, mittit, illisq; vt veritatem rei diligenter inquirerent demandat, quidam nobis tum Moſcouiæ exiſtentibus, ſancte affirmabant, Salomeam filium Georgium nomine peperiſſe, nemini tamen infantem oſtendere voluiſſe quin cognoſcendę veritatis quibusdam ad ſe miſſis, dicitur reſpondiſſe, indignos illos eſſe, quorum oculi infantem viderent, dum in ſuam maieſtatem ueniret, matris iniuriam vlturus, quidam vero eam peperiſſe conſtanter negabant, ambigua itaq; ea de re eſt fama.

Baſilñ porro Lintzkñ ex Lithvuania profugi filiam, cur vxorem duxerit princeps, duas cauſas, præter quàm quod ſe ex ea liberos ſuſcepturum ſperabat, fuiſſe accepi, tum quod ſocrus genus ſuum duxiſſet ex familia Petrovuitz, que magni quondam nominis in Hungaria erat, Grecorumq; fidem ſequebatur, tum quod Michaelem Linczkñ, ſingulari dexteritate ac rara quadam fortitudine virum, patruum liberi habituri eſſent, habebat etenim princeps duos germanos fratres, Georgium & Andream, atq; ideo ſi forte liberos ex aliqua alia vxore ſuſciperet, eos fratribus viuentibus, parum tutos fore in regni adminiſtratione putabat, Michaele autem in gratiam recepto libertateq; donato, filios ex Helena ſuſceptos, authoritate patrui in maiore quiete futuros non dubitabat, de cuius liberatione nobis preſentibus tractabatur, quem etiam vinculis ſolutum liberisq; cuſtodijs honeſte mandatum, vidimus, Tandem libertate donatum interq; ceteros Kneſos teſtamento à principe nominatum, Tutorem deniq; nepotum ſuorum Ioannis & Georgñ inſtitutum fuiſſe, Sed poſtea Principe mortuo, cum viduam regium thorum continuo cum quodam Boiarone cognomento Ovuczina contaminantem inq; mariti fratres, vinculis conſtrictos ſæuientem crudeliusq; imperantem, videret, eam vt honeſtius & ſanctius viueret, aliquoties ſola pietate ac honeſtate adductus, admonuerat, ſed huius illa admonitionem adeo moleſte impacienterq; tulit, vt mox qua ratione è medio tolleretur, conſilium quereret, cauſaq; reperta, Michaelem aiunt continuo proditionis crimine fuiſſe inſimulatum, atq; in carceres rur-

sus coniectum, misere tandem perijsse. Viduam quoq; non ita diu post veneno sublatam, Ovuczina uero adulterum in partes disectum fuisse, Matre itaq; e medio sublata, maior natu filius Ioannes 1528. anno natus in regno succesit,

RELIGIO

Russia vt etpit, ita in hunc usq; diem in fide Christi ritu greco perseuerat, habuit Metropolitanum, quondam residentem in chiovuia, deinde in vuolodimeria, nunc vero in Moscouia, post cum Metropolite, septimo quoq; anno, Russiam lituanorum imperio subiectam inuiserent, exactisq; nummis inde redirent, hoc vuitoldus ne videlicet prouinciæ suæ argento exhaurirentur, ferre noluit. Conuocatis itaq; Epis proprium Metropolitanum constituit, qui nunc vuilnæ Metropoli lituaniæ, suam sedem habet, quæ et si Romanum ritum sequatur, plura tamen templa, ruthenici quã romani ritus in ea cernuntur, ceterum Metropolitæ Rutheni authoritatem suam à Patriarcha Constantinopolitano habent.

Rutheni in annalibus suis aperte gloriantur, ante vuolodimerum et olham, terram Russiæ esse baptizatam et benedictam ab Andrea christi Apostolo quem ex Grętia ad ostia Boristhenis venisse ipsi affirmant, & aduerso flumine ad montes vbi nunc chiovuia est, nauigasse, atq; ibi omnem terram benedixisse & baptizasse. Crucem suam illic collocasse, prædixisseq; magnam ibi Dei gratiam multasq; Ecclesias christianorum futuras, Post inde usq; ad fontes Boristhenis peruenisse in Wolok lacum magnum, & per fluuium Iovuat descendisse in Ilmer lacum, vnde per fluuium Wolhovu, qui ex eodem lacu fluit, Novuogardiam, Inde fluuio eodem in ladoga lacũ et neua flu: atq; in mare usq; quod ipsi Waretzkoię appellãt, nos Germanicum, inter vinlandiam & liuoniam, Romam nauigando peruenisse, postremo in peloponesso propter Christum ab Ago Antipatro crucifixum fuisse, Hæc Annales ipsorum.

Eligebantur quondam Metropolitæ item Archiepiscopi, conuocatis omnibus Archiepiscopis, Episcopis Abbatibus & Prioribus monasteriorum, inquirebatur vir sanctioris vitæ per Monasteria et heremos, eligebaturq;, nunc vero principem aiunt, ad se certos conuocare solere, atq; ex eorum numero, vnum suo iudicio deligere, Erat eo tempore cum Cæsaris Maximiliani oratorem Moscovuię agerem, Bartholomeus Metropolita vir sanctę vitæ, cumq; princeps violasset iuramentum per se & ipsum Metropolitam Duci Semesitz prestitum, & alia quædam designasset, quę videbantur contra authoritatem illius esse, accessit Principem & inquit, Cum omnem authoritatem tibi usurpas, ideo officio meo præesse non possum, porrecto sibi baculo suo, quem in modum crucis ferebat, officium resignat, Princeps bacculum cum officio, sine mora suscipit, atq; paucis cathenis vinctum continuo Bielogesero mittit, Aiunt hunc ibi aliquandiu in vinculis fuisse, liberatum tñ post priuatumq; in monasterio,

reliquum

reliquum vitæ exegisse, Huic Metropolita Daniel quidam xxx fere annos natus, homo corpore robusto atq; obeso facie rubenti succesit, qui ne ventri magis quam ieiunijs, vigilijs, ac orationibus, deditus videretur, quocies actum publicum esset celebraturus, sulphuris fumo tum faciem, vt impallesceret, inficere atq; ita pallore imbutus, in publicum prodire solebat.

Sunt & alij Duo Archiepiscopi in dominio Mosci in Novuogardia scilicet Magrici & Rostoff. Item Episcopi Tvuerensis. Resanen, Smolensis, Permiæ, Susdali, Columne, czernigovuiæ, Sari, Hijomnes Metropolitæ Moscovuitico subiecti sunt, habent autem suos prouentus certos ex prædijs & alijs extraordinarijs, vt vocant accidentalibus, castra autem ciuitates, aut vllam administrationem secularem (vt vocant) non habent, carnibus perpetuo abstinent, Abbates duos tantum in Moscovuia esse reperi, Priores vero Monasteriorum plurimos, qui omnes arbitrio ipsius Principis, cui nemo resistere audet, eliguntur.

Priores quomodo eligantur ex cuiusdam varlami prioris Huttenensis monasterij, Anno 7034. instituti, literis ex quibus capita rerum duntaxat excerpsi, apparet, Principio fratres alicuius monasterij magno duci supplicant, vt idoneum Priorem eligat, qui eos diuinis præceptis instituat, Electus autem priusquam confirmetur à Principe, cogitur se iuramento atq; inscriptione obstringere, quod uelit in eo monasterio iuxtà sanctorum patrum constitutionem pie & sancte viuere, omnes officiales iuxta maiorum consuetudinem, consentientibus etiam senioribus fratribus, assumere, singulis officijs fideles preficere, atq; commodum monasterij diligenter procurare, de negotijs & rerum causis, cum tribus aut quatuor senioribus deliberare, factaq; deliberatione negotium ad totum collegium fratrum referre, atq; eorum communi sententia de rebus decernere constituereq;, non lautius priuatim viuere, sed in eadem mensa perpetuo esse & communi cibo cum fratribus uti, omnes census & reditus annuos diligenter colligere, ac in thesaurum monasterij fideliter reponere, hæc sub magna pœna, quam sibi infligere Princeps potest, item priuatione officij seruaturum se promittit, obstringunt se iuramento quoq; ipsi seniores fratres prædicta omnia sese seruaturos ac Priori instituto fideliter & sedulo obtemperaturos.

Sacerdotes seculares vt plurimum consecrantur hi qui diu apud Ecclesias tanquam Diaconi seruiuerunt, In Diaconum autem nemo consecratur, nisi coniugatus. Vnde plerumq; & nuptias celebrare, & in gradum Diaconatus simul ordinari solent, Si vero sponsa alicuius Diaconi male audit, tum in diaconũ nisi integræ famæ vxorem duxerit, non consecratur, Mortua coniuge sacerdos à sacris obeundis prorsus suspenditur, si caste tamẽ viuit officijs ac alijs rebus diuinis, cum ceteris Ecclesię ministris choro tanquam minister interresse potest, Erat quidem antea consuetudo, vt vidui caste viuentes sine reprehensione sacra peragerent, Sed nunc mos

inualuit vt nullus viduorum ad ſacra facienda permittatur, niſi monaſterium aliquod ingrediatur, iuxtaq; regulam viuat.

Quicunq; Sacerdos viduus, ad ſecundas nuptias, quod cuiq; liberum eſt, tranſierit, Is nihil habet cum clero commune, item nullus Sacerdotum aut ſacra obire, aut baptizare, aut alio quouis fungi munere audet, niſi diacono præſente,

Sacerdotes in Eccleſijs primum tenent locum, Et quicunq; illorum contra religionem aut officium ſacerdotale, quauis ratione fæcerit, iuditio ſpirituali ſubijcitur, ſi vero furti aut ebrietatis accuſatur, aut in aliud id genus vicij inciderit, à ſeculari magiſtratu, vt vocant, punitur, Vidimus Moſcouiæ ebrios Sacerdotes publice verberari, qui aliud nihil querebantur quam ſeſe à ſeruis, & non à Boiarone cœſos eſſe.

Paucis retroactis annis, quidam principis locumtenens ſacerdotem in furto deprehenſum, laqueo ſuffocari fecit, quam rem Metropolita grauiter ferens, ad Principem defert, accerſitus locumtenens, Principi reſpondit, iuxta antiquum patriæ morem, furem non ſacerdotem ſe ſuſpendiſſe, atq; ita ille impune dimiſſus fuit.

Si ſacerdos queritur coram laico iudice, ſe à quopiam laico eſſe cęſum (offenſiones etenim omnes ac iniuriarum genera ad ſeculare iudicium ſpectant) tum iudex ſi forte cognouerit hunc ab illo laceſſitum aut quauis iniuria prius affectum fuiſſe ſacerdotem punit.

Sacerdotes plerumq; ex contributione curialium ſuſtinentur, aſſignanturq; illis domunculæ cum agris & pratis, vnde victum ſuis aut ſeruorum manibus, inſtar vicinorum queritant, pertenues habent oblationes: aliquando eccleſiæ pecunia datur ad vſuram, de centum decem, eamq; ſacerdoti porrigunt, ne ſuis illum alere ſumptibus cogantur, Sunt etiam quidam qui liberalitate principum viuunt, certe non multæ parochiæ reperiuntur, predijs ac poſſeſſionibus dotatę, exceptis epiſcopatibus, & quibusdam monaſterijs, nulla parochia ſeu ſacerdotium confertur cuipiam niſi ſacerdoti, in ſingulis autem templis vnicum tantum altare, & in dies ſingulos vnicum quoq; ſacrum faciendum putant, rariſſime templum reperitur ſine ſacerdote qui ter in hebdomada tantum ſacra peragere obſtringitur. *non intelligo, quid vult hic locus.*

Veſtitum prope laicorum habent, extra piretum paruũ, & rotundum, quo raſuram tegunt. Pileum amplum contra calorem & imbres ſuper imponentes, aut Pileo oblongo ex caſtorum pilis, colore griſeo vtuntur, omnes baculos quibus innituntur deferunt, poſſoch dictos,

Monaſterijs præſunt vt diximus, Abbates & Priores, quorum hos Igumenos, illos vero Archimandritas vocant, habent ſeueriſſimas leges ac regulas, quę tamẽ ſenſim labefactę, iacent, Nullo ſolatij genere vti audent Cithara, aut aliud muſices inſtrumentum, ſi apud aliquem repertum fuerit, grauiſſime punitur, carne perpetuo abſtinent, omnes non ſolum Principis mandato, ſed & ſingulis Boiaronibus à Principe miſſis parent, interfui quum prouiſor meus à Priore quodam, rem certam peteret, quam cum continuo non dederat, verbera minabatur, quo audito veſtigio rem petitam attulit, Sunt plures qui ex Monaſterijs in Heremum ſe conferunt, ibiq; tuguriola faciunt, quæ aut ſoli, aut cum ſocijs incolunt, victum ex terra & arboribus querunt, nimirum radices, & alios arborum fructus, hij autem Stolpniki appellantur, Stolp etenim columna dicitur, Domunculas autem anguſtas, & in altum erectas columnis ſuſtinent.

Metropolita, Epiſcopi & Archiepiſcopi, quamuis carnibus perpetuo abſtinent, tamen cum inuitant hoſpites laicos aut Sacerdotes, eo tempore quo carnibus veſcuntur, habent hanc prærogatiuam, vt carnes illis in ſuo conuiuio apponant, quod Abbatibus & prioribus prohibitum eſt.

Mitras Archiepiſcopi & Epiſcopi, Abbates nigras & rotundas ferunt, ſolus autem Epiſcopus Novuogardienſis albam bicornem more noſtro fert.

Veſtes quottidianę Epiſcoporum, ſunt ſicut aliorum Monachorum, niſi quod aliquando ſericeas ferunt, & preſertim pallium nigrum quod habet à pectore in vtrãq; partem tres fimbrias albas inflexas inſtar riuuli fluentis, in ſignificationem, q; ex corde et ore illorum fluunt riuuli doctrinę fidei & bonorum exemplorum, hi ferunt baculum quo innituntur, quem gentiliter Poſſoch appellant, in modum crucis, Epiſcopus Novuogardieñ Album fert Pallium, Cęterũ Epiſcopi duntaxat, circa res diuinas ac ipſam religionem pie procurandam ac promouendam ſunt occupati rem autem familiarem et alia mundana negotia officialibus adminiſtranda cõmittunt.

Habent in Catalogo certos Romanos Pontifices, quos inter ſanctos venerantur, Alios vero qui poſt illud ſcisma fuerunt, execrantur, tanquam eos qui ab apoſtolorum ſanctorumq; patrum, & ſeptem conciliorum ordinationibus defecerint, & tanquam hereticos & ſciſmaticos appellant, eosdemq; maiori odio proſequuntur, quàm ipſos mahumetanos, Dicunt enim ſeptimo generali concilio, concluſum eſſe, vt ea quę in precedentibus conſtituta ac determinata erant, in poſterum quoq; firma, rata et perpetua eſſent, nec vnquam poſt hac cuiq; licere aliud concilium aut indicere, aut accedere, ſub pœna anathematis, & hoc ſeueriſſime ſeruant, Erat quidam Metropolitanus ruſsiæ, qui ad inſtantiam Eugenij Pape, Sijnodum acceſſerat, vbi & eccleſiæ erant vnitæ, reuerſus in patriam capitur, omnibus

 bonis

bonis ſpoliatur atq; in carceres conijcitur, ex quibus tandem euaſit.

Inter nos & illos fidei diuerſitatem eſſe, licet ex exemplo literarum cognoſcere, quas Ioannes Metropolita Ruſsiæ ad Archiepiſcopum, vt ipſi dicunt Romanum, dederat, vt ſequitur.

Dilexi decorem tuum domine ac pater Beatiſs: Apoſtolica ſede ac vocatione digniſs: qui ex remotis reſpicis ad humilitatem & paupertatem noſtram, & alis dilectionis foues nos, & ſalutas nos ſicuti ſuos ex charitate & interrogas ſpecialiter de noſtra fide vera & orthodoxa, de qua etiam audiens, vt nobis beatitudinis tuę Epiſcopus retulit, admiratus es, & quia tantus es, & talis ſacerdos, propterea ego pauper ſaluto te, honorando caput tuum & deoſculando manus tuas & brachia, ſis letus & à ſuprema Dei manu protectus, & det dominus omnipotens tibi, tuis ſpiritualibus, et nobis ordinem bonum, Neſcio vnde exortæ ſunt, hæreſes de vera ſalutis & redemptionis via, & mirari ſatis non poſſum, quis diabolorum tam malus ac inuidus, tam veritati inimicus, ac mutuę beneuolentię aduerſarius fuerit, qui fraternam noſtram charitatem à tota chriſtiana congregatione alienauit, dicens, nos non eſſe chriſtianos, nos profecto, chriſtianos vos ex Dei benedictione ab initio cognouimus, licet in omnibus fidem chriſtianam non ſeruetis, & in multis diuerſi ſitis, id quod ex ſeptem magnis Synodis oſtendam, in quibus fides orthodoxa & chriſtiana inſtituta eſt, ac prorſus confirmata, in quibus etiam tanquàm ſeptem columnis ſapientia Dei domum ſibi edificauit, In iſtis præterea ſeptem Synodis, omnes Papæ digni ſunt Cathedra. S. Petri quia nobiſcum ſenciebant, In prima autem Synodo erat Silueſter Papa, in Secunda Damaſus, in Tertia Cæleſtinus, in quarta beatiſſimus Papa Leo, in quinta Vigilius, in ſexta Oaphanius vir honorandus, et in ſacris ſcripturis doctus, in ſeptima. S. Papa Adrianus. qui miſit primus Petrum Epiſcopum et Abbatem monaſterij. S. Sabę, vnde poſtea exortæ ſunt diſſenſiones inter nos & vos, quæ pullularunt præcipue, in antiqua † ~~Rana~~, ſunt profecto mala multa, quæ à vobis contra leges diuinas ac ſtatuta committuntur, de quibus pauca ad charitatem tuam ſcribemus, Primum de leiunio Sabathi contra legem odſeruato, Secundo de leiunio magno, in quo ſeptimanam abſcinditis & carnes comeditis, ac propter carnium voracitatem homines ad vos allicitis, Item qui Sacerdotes ſecundum legem ducunt vxores, illos vos reijcitis, Item qui à preſbiteris in baptiſmate inuncti ſunt, illos vos iam denuo inungitis, dicentes, illa ſimplicibus Sacerdotibus facere non licere, ſed ſolis Epiſcopis, Item de azimis malis quæ manifeſte ludaicum ſeruitium ſeu cultum indicant, Et quod eſt caput omnium malorum, vt qnæ confirmata ſunt, per .S. Synodos, ea vos cepiſtis permutare & peruertere, dicentes, de ſpiritu ſancto quod non tantum à patre ſed et á filio ꝓcedat, et multa alia maiora de quibus tua beatitudo ad patriarchã Conſtantinopolitanum fratrem ſuum ſpiritualem. referrevt omnem diligentiam adhibere deberet, vt aliquando tollerentur iſti errores, & vt vnanimes eſſemus in concordia ſpirituali, ſicut dicit. S. Paulus informans nos,

† Roma.

Oro vos

Oro vos fratres propter nomen Domini Ieſu Chriſti, vt idem ſentiatis dicatis, & non ſit inter vos diſcordia & ſitis in eodem intellectu fortificati & in eadem cogitatione, de iſtis ſex exceſſibns quantum potuimus ad vos ſcripſimus, deinceps & de alijs ſcribemus charitati tuæ, Si enim ita res ſe habet (ſicuti audiuimus) agnoſces ipſe nobiſcũ, tranſgredi per vos Canones ſanctorum apoſtolorum, & inſtituta magnarum ſeptem Synodorum in quibus erant omnes veſtri primi Patriarchæ & concorditer dicebant, quod verbum veſtrum eſſet vanum & quod manifeſte erretis, nunc palam redarguam In primis de leiunio Sabathi, videtis quę de iſto. S. Apoſtoli docuerunt, quorum doctrinam habetis, et maxime beatus Papa Clemens primus poſt. S. Petrum apoſtolum ita ſcribit ex ſtatutis apoſtolorum, vt eſt in Canone LXIIII. de Sabbato dicens, Si Eccleſiaſticus inuentus fuerit, qui die Dominico vel Sabbato ieiunaret, præter Sabbatum magnum degradetur, ſi autem ſecularis homo fuerit, excommunicetur, & ab eccleſia ſeiungatur, Secundum erat de leiunio, quod vos corumpitis, eſt Iacobitarum et Armeniorum hæreſis, qui lacte & ouis in ſancto ieiunio magno vtuntur, quis enim verus chriſtianus audet ita facere & cogitare? legite Canones, Sextæ magnę Sij nodi , in qua oaphanius Papa veſter, ea prohibet, nos profecto cum reſciueramus in Armenia, & alijs quibusdam locis, ouis & caſeo in magno leiunio ueſci, noſtris illico mandauimus, ut ab eiusmodi cibo atq; omni Imolo Demoniorum abſtinerent, à quibus Si quis non abſtineret, ab eccleſia ſepararetur, Si Sacerdos, à Sacris ſuſpẽderetur, Tertius vz maximus eſt error et peccatum, de coniugio Sacerdotum, quod ab illis qui vxores habent, ſummere corpus Domini renuitis, Cum Sancta Sijnodus quæ fuit in Gangra, ſcribit in quarto canone, Qui ſpernit Sacerdotem ſecundum legem vxorem habentem, & dicit, quod non liceat ex manibus eius accipere Sacramentum, ſit anathema, Item Sijnodus dicit, omnis Diaconus uel Sacerdos dimittens propriam vxorem priuetur Sacerdotio, Quartum peccatum erat inunctio ſeu confirmatio, nonne vbiq; dicitur in Sijnodis? Confiteor vnum baptiſma in remiſſionem peccatorum, Si ergo eſt vnum baptiſma erit & vnum Chriſma, & virtus eadem tam Epiſcopi quam Sacerdotis, Quinto eſt error de azimis, qui quidem error eſt Principium & radix totius hæreſis ſicuti demonſtrabo, & quanquam neceſſe eſſet huc multas adducere ſcripturas, tamen id alias faciam, & in præſenciarum hoc tantum dicam, Qui azimi à Iudeis fiunt in memoriam liberacionis eorum & fugę ex Aegipto, nos autem ſemel chriſtiani ſumus, nunquam in labore Aegijptiorum fuimus, & huius modi Iudeorum de Sabbato, azimis & circunciſione obſeruationes nobis obmittendas eſſe mandatum eſt, Et ſi aliquis ſequatur vnum ex illis ſicuti dicit. S. Paulus tenetur totam legem implere, eodem Apoſtolo dicente, fratres ego accepi à Domino quod & tradidi vobis, quia Dominus in qua nocte tradebatur accepit panem, benedixit, ſanctificauit, fregit & dedit ſanctis: diſcipulis dicens, accipite & manducate, &c: Conſidera quid dico, non dixit Dñs

Azimis

 accipiens

accipiens azima sed panem quod illo tempore nec azimi erant, nec Pascha fiebat, nec dominus tunc commedebat Pascha Iudeorum, vt daret awima Apostolis, Probabile est per hoc, quod Iudeorum Pascha stando fit & comeditur quod in Christi cæna non fiebat, vt scriptura dicit, Recumbentibus eis cum duodecim. Item & discipulus recubuit super pectus ipsius in cæna, Nam quod ipse dixit, desiderio desideraui, hoc Pascha manducare vobiscum, iudeorum Pascha non intelligit, quod ante semper cõmedebat cum ipsis, Neq; cum dicit hoc facite in meam commemorationem, necessitatem faciendi, tanquam Iudeorum Pascha esset, imponit: neq; azima illis, sed panem dat cum dicit, Ecce panis quem ego do vobis, similiter ad Iudam Cui ego dabo panem intingens in sal, ipse est traditurus me, Si autem dicitis istam rationem, quod nos celebramus in azimis, quia nulla est terrestreitas vel commixtio in diuinis, cur diuinitatis obliti estis, & sequimini ritum iudeorum ambulantes in heresi ipsius Iuliani, Machumeti & Appollinaris Laodicensis et Pauli Syrij Samosatensis & Eutichij et Diasterij aliorumq; qui erant in sexta Synodo deprauatissimi heretici, diabolicoq; spiritu repleti. Sext⁹ denicq; error est de spiritu sancto, quomodo enim dicitis, credo in deum patrem & filium & spiritum senctum qui à patre et filio procedit. Mirabile est profecto et horrendum dictu, quod audetis fidem peruertere cum ab inicio, per vniuersum orbem in omnibus christianorum Ecclesijs constanter canitur, Credo in spiritum sanctum & Dominum viuificantem & à patre procedentem, qui cum patre & filio simul adoratur & glorificatur, Quare igitur vos non dicitis sicuti alij christiani omnes, sed additiones ponitis & nouam adducitis Doctrinam? cum tamen Apostolus dicit, Si quis annuctiauerit vobis præter ista, quæ vobis diximus anathema sit, vtinam vos non incurratis istam maledictionem, Difficile est enim & horrendum dei scripturam compositam per sanctos permutare et peruertere: nescitis quam maximus sit error, nam duas virtutes, duas voluntates, et duo Principia de sancto spiritu adducitis, adimentes & parui facientes eius honorem, & heresi Machidoniæ conformes estis, quod absit, Oro & me inclino ad sanctos pedes tuos, vt ab huiusmodi erroribus, qui inter vos sunt, & ~~maxime azimis~~ cessetis, volui etiam aliquid scribere de suffocatis et immundis animalibus & de Monachis edentibus carnes, sed de hijs postea (Si deus voluerit) scribam, parce autem propter maximam charitatem quod de his rebus ad te scripsi, An autem sunt facienda illa quæ fiunt, interroga scripturas & inuenies, Rogo te domine, vt scribas ad Dominum nostrum Patriarcham Constantinopolitanũ & ad sanctos Metropolitas, qui verbum vitæ in se habent, & sicut luminaria in mundo lucent, fieri enim potest vt Deus per illos super huiusmodi erroribꝰ inquiret, emendet et constituat, Deinde si tibi videbitur mihi minimo inter alios omnes rescribas, Saluto te ego Metropolita Russiæ, & alios omnes tibi subiectos clericos & laicos, Salutant te etiam mecum S. Episcopi Monachi & Reges, magni homines, charitas spiritus sancti sit tecũ et cum omnibus tuis, amen.

Sequuntur

azima

exime ab azimis

SEQVVNTVR CANONES CVIVSDAM IOANNIS METROPOLITAE QVI DICITVR PROPHETA, QVOS RAPTIM VT POTVI ADSEQVI ADIVNGERE VOLVI.

PVeri in necessitate absq; sacerdote baptisentur. Animalia, volucres ab auibus vel fœris lacerę nõ comedantur, qui vero commederint aut in azimis celebrauerint, vel in septuagesima carne vsi fuerint, vel animantium sanguinem vorauerint, corrigantur.

Aues, Animalia suffocata non commedantur, Rutheni cum Romanis in necessitate commedant, celebrent autem minime. Rutheni omnes Romanos nõ rectè baptizatos, quia in aquam toti non sunt immersi, ad veram fidem conuertant, quibus conuersis, non statim Eucharistia, sicuti nec Tartaris, alijsuè à fide sua diuersis, porrigatur.

Imagines antiquæ & tabulæ, super quibus consecrationes fiunt, non comburantur, sed in hortis, aut alio honorifico loco, ne iniuria afficiantur, aut dedecore, sepeliantur.

(quatur

Si in loco sacro domum exedificaueris: locus, vbi erat altare, vacuus relin-

Maritus monasterium ingressus, si eius vxor alteri nupserit, in Sacerdotem consecretur.

Principis filia ei, qui communione in azimis, & cibis vtitur immundis, non in matrimonium locetur.

Sacerdotes, hyberno tempore ex animalium, quibus vescuntur, pellibus, femoralia ferant.

femoralia

Non confessi & aliena bona haud reddentes, ad communionem non admittantur.

Sacerdotes & Monachi, nuptijs chorearum tempore non intersint.

Sacerdos si sciens personam iam tertiò expetentem matrimonium coniunxerit, officio priuetur.

Mater filios baptizari volens, ieiunare non valentes, pro illis ieiunet.

Si maritus relicta priore vxore, alteram duxerit, vel vxor alteri nupserit, ad communionem, nisi ad matrimonium redierit, non admittatur.

Nullus alienæ fidei vendatur. non plane.

Sciens cum Romanis comedens, orationibus mundis mundetur.

Vxor sacerdotis ab infidelibus capta, redimatur, & in matrimonium, quia vim passa est, reassumatur.

Mercatores & peregrini ad Romanorum partes proficiscentes, communione non priuentur, sed ad eandem iniunctis quibusdam pro pœnitentia orationibus reconciliati, admittantur.

In Monasterio conuiuia aduocando mulieres, non habeantur.

Matrimonium non nisi publice in Ecclesijs, contrahatur.

Sequuntur

SEQVVNTVR QVESTIONES CIRILLI CVIVSDAM AD EPISCOPVM NIPHONTEM NOVVOGARDIENSEM.

QVid si homo post communionem ex nimia cibi aut potus repletione euomuerit? Rn. Quadraginta diebus ieiunando peniteat, Si non ob repletionem, verum ex nausea XX diebus, si vero alia leui ex causa, minus. Sacerdos tale quiddam committens XL. diebus à diuinis & abstineat & ieiunet: Sin alia leui ex causa, per septimanam ieiunet: quin Medone & carne ac lacte abstineat, Si autem tertia aut quarta post communionem die euomuerit, agat pœnitentiam, sin aliquis Sacramentum euomuerit centum & viginti diebus peniteat, si vero in infirmitate euomuetit tribus diebus.

Vomitum igni comburat & centum Psalmos dicat, si autem canis vomitum deuoraret, centum diebus ieiunet, si vasa terrea, vel lignea immunda fuerint, quid faciendum? Rn orationibus mundis mundentur.

Quid pro anima defuncti faciendum? Rn: det grisnam vnam pro quinq; missis, cum fumigationibus, panibus, & tritico cocto, quod dicitur Kuthia, Sacerdos vero habeat vinum proprium.

Quid si Monacho infirmo, Seraphica veste induto, per octo dies nihil dederim ad edendum? Rn: Bene feci sti, quia erat in angelico ordine,

Quid si Latinus Ruttenico ritu iniciari voluerit? Rn: Intret Ecclesiam nostram VII. diebus, nouum illi imponatur nomen, Singulis diebus quatuor orationes eo præsente dicantur deuote, abluat se deinde in balneo, septem diebus carnibus & lactarijs abstineat, octaua die lotus ingrediatur ecclesiam, super quo quatuor ille orationes dicantur, mundis vestibus induatur, corona seu sertum super caput illi imponatur Chrismate inungatur, cereus illi in manus detur, dum missa peragitur communicetur, proq; nouo Christiano habeatur.

An Aues, Pisces, vel alia terrestria animalia festis dieb⁹ interficere liceat? Rn: die Dominico, quia dies festus est, homo in Ecclesiam eat, humanis vero necessitatibus exigentibus occidantur.

An Sacramentum in Hebdomada Palmarum consecratum, per totum annum seruare liceat? Rn: seruetur in vase mundo, Sacerdos vero id infirmo porrigens parum vini addat.

An aquam vino addere liceat, communicando infirmum? Rn: sufficit vinum tantum,

An infirmis Demoniacis & mente captis, liceat dare Sacramentum? Rn: ora illorum tantum Sacramento tangantur,

An Sacerdoti habenti vxorem in puerperio, quemadmodum super laicorum fit vxoribus, orationes dicere liceat? Rn: Non, nam ea in Gretia non seruatur consuetudo nisi alius non inueniatur Sacerdos.

Quid in die Exaltationis S. Crucis ꝑdendum? Rn: Monachi piscibus non vescantur, laici vero eadem die deosculantes. S. Crucem carnes edere possunt, nisi forte in diem veneris aut Mercurij inciderit.

An sacerdoti

An sacerdoti noctu cum vxore concumbenti, mane ecclesiam ingredi licet? Rn: lauet prius eam partem, quæ sub vmbilico est, ecclesiam ingrediatur, Euangelium legat, ad Altare vero accedere vel celebrare prohibeatur, volens autem sacerdos diebus Solis & Martis celebrare, poterit die Iunæ cum vxore concumbere & sic deinceps.

An vxorem non habenti Eucharistia porrigenda? Rn: Dummodo per integram quadragesimam cum nupta alterius aut bruto non coierit.

An infantuli post baptismum cõmunicandi? Rn: in templo, dum sacra peraguntur, aut vespertinę preces cantantur, communicentur.

Quo cibi genere in ieiunio maiore vtendum? Rn Dominicis & sabbatis diebus piscibus, alijs vero Ikhri hoc est piscium intestinis.

In maiori hebdomada, Monachi Mel edant & bibant kvuas id est aquam acetosam.

In consecratione kuthie, cerei quot sunt incendendi Rn: pro animabus duo, tres vero pro salute viuentis.

Kuthia quomodo confitienda? Rn Sint tres partes tritici cocti, quarta vero de pisis, fabis & cicere pariter coctis, condiantur Melle, & zaccaro, ad hibeantur etiam si habentur alij fructus, kuthia autem hac peractis exequijs, in Ecclesia vtantur.

Quando Bulgari Polovuczi & Czudi baptisandi? Rn: Si quadraginta diebus ante ieiunent, & orationes mundæ super illos dicantur, si vero Slauus fuerit octo tantum diebus ieiunet, Baptisans autem puerum manicas bene succingat, ne dum immergit puerum, de lauacro baptismatis, in veste aliquid remaneat, Puerpera quoq; à partu quadraginta diebus templum non ingrediatur.

An mulier post menstrua communicanda, Rn: non communicetur, nisi prius sit lota.

An liceat ingredi habitaculum puerpere? Rn: in locum vbi mulier peperit, nemo ante triduum ingrediatur, Quemadmodum enim alia immunda vasa diligenter lauanda, ita habitationem illam orationibus esse prius mundandam.

An post occasum solis sepeliendum? Rn: Occaso iam sole, nemo sepeliatur, est enim hæc mortuorum corona, videre solem antequam sepeliantur, plurimum autem meretur, qui ossa mortuorum & imagines antiquas condit.

An liceat marito circa festum Paschę summere Eucharistiam? Rn: si cum vxore per quadragesimam non concubuerit, Item qui dentibus die Paschę ouum attigerit, aut ex cuius gingiua sanguis manauerit, eadem die à communione abstineat,

An liceat marito proxima post communionem nocte cum vxore concumbere? Rn: licet, Diebus tamen Veneris, Sabbati, & Dominico, si de prauati ingenij conceperit puerum vxor, parentes pœniteant? Si autem nobiles & magni nominis fuerint parentes dent certas griffnas sacerdoti,

vt pro

vt pro eis oret, si forte lacerata papirus, quæ aliquid sacrarum literarum continebit in terram proiecta fuerit, an eodem loco de ambulare liceat? ℞n: Non.

An liceat lacte alicuius vaccæ, eodem die quo vitulum edidit vti? ℞n: Non, quia est sanguine mixtum, post biduum autem licebit,

Quando potest aliquis à sacris suspendi? ℞n: Sacerdos tempore ieiunij feminę alicuius amore flagrans inq; os eius linguam insertans, semẽ deniq; genitale libidine inflammatus spargens à diuinis per integrum annum abstineat, si vero ante sacerdotium tale quid commiserit, in sacerdotem non consecretur.

Laicus vero eiusmodi peccata ac flagitia designans, eo anno non communicetur, an sit inniciandus sacris is? ex quo aliqua vno duntaxat concubitu concepit? ℞n: Raro concipiunt ex primo coitu, decies autem si congressus fuerit non consecretur.

Preterea qui virgini stuprum obtulit, aut vxorem suam viciatam primo concubitu animaduerterit, in sacerdotem pariter non consecretur.

Diuorcium celebrans quomodo penitebit? ℞n: perpetuo ab Eucharistia, nisi iam iam animam agens abstineat.

Licebit ne cuipiam in vita pro animæ suæ salute exequias obire? ℞n: licet, vt vocant, mortuorum.

An coniunx, coniugem in perficienda pænitentia iuuare potest? ℞n: Non potest, tanquam frater fratrem.

An sacerdos ea die qua mortuum sepeliuit, & deosculatus est, obire sacra debeat? ℞n: non debet.

An puerpera deploratę valetudinis communicari debet? ℞n: Dummodo ex eo loco, vbi enixa est, asportata ac lota fuerit,

An liceat rem habere cum vxore eo loci vbi sunt imagines sanctorum? ℞n: Accedens ad vxorem nonne deponis crucem decollo ¶ similiter nec in habitatione coram imaginibus, nisi bene reclusæ & operte fuerint coire licebit.

An liceat illico à prandio vel cœna, antequam dormias in templo orare ℞n: vtrum melius dormire an orare?

Potest ne sacerdos sine sacerdotali habitu accedere ægrotum, eiq; porrigere sacramentum? ℞n: potest.

Quomodo ducendę vxores? volens vxorem ducere quadraginta aut minus octo diebus, se ab alijs mulieribus contineat.

An mulieri quæ facit abortum pænitendum? ℞n: Mulier non casu aliquo, sed temulenta faciens abortum pæniteat, Item quæ viro suo aquam qua ipsa se lauit ad bibendum, vt se amet, dederit, sex hebdomadis ieiunet.

An carne & lacte eius vaccæ, qua cum homo miscuit corpus vteñ? ℞n: omnes præter excessorem, vti possunt.

An mulier consilio vetularum, quo concipiat, vtatur. ℞n: mulieres, antiquarum vetularũ consilio, herbis vt concipiant, vtentes & non potius sacerdotes

sacerdotes, qui eas orationibus suis iuuent, accedeñ ¶ sex hebdomadis peniteant, atq; sacerdoti tres griffnas, numerent.

Grauidam autem temulentus si lęserit ita vt abortum faciat, medio anno peniteat, obstetrices quoq; octo diebus ab æde sacra abstineant dum orationibus, mundentur.

BAPTISMVS.

BAptizantur hoc modo, nato infante mox accersitus sacerdos ante ianuam habitationis in qua est puerpera, certas stando recitat orationes, pueroq; nomen imponit, dein XL communiter die, si forte puer ægrotet, defertur in templum et baptizatur, ac ter in aquam totus immergitur, alioqui baptizatum non crederent, mox inungitur chrismate quod consecratum est in hebdomada magna, inungitur deniq; Mirrha, vt ipsi dicunt, aqua vero baptismatis singulis infantibus consecratur, & continuo post baptismum extra templi portam effunditur, semper in templo baptizantur infantes, nisi longinquitas loci nimia, aut frig⁹ puero obesset, neq; vnquàm aqua tepida nisi pueris infirmis vtuntur, susceptores ex voluntate parentum assummuntur, & quoties præeunte certis verbis sacerdote Diabolo renunciant, toties in terrã expuunt, sacerdos etiam abscindit capillos pueri, ceræq; intricat & in templo loco certo reponit, non adhibent sal neq; saliuam cum puluere.

SEQVITVR BVLLA ALEXANDRI PAPÆ EX QVA BAPTISMVS RVTHENORVM ABVNDE CONSTAT.

ALexander Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam Altitudo diuini consilij, quod humana ratio nequit comprehendere, ex suæ immensæ bonitatis essentia aliud semper ad salutem humani generis pullulans, tempore cõgruo secreto misterio quod ipse Deus nouit oportuno producit & manifestat, vt cognoscant homines ex suis meritis tanquam ab ipsis, nihil proficere posse, sed eorum salutem & omne donum gratiæ, ab ipso summo Deo & patre luminum prouenire, sane non sine grandi & spirituali mentis nostræ lætitia accepimus, quod nonnulli Ruteni in Ducatu lithuaniæ, & alij ritu greco uiuentes, fidem tamen christianam alias profitentes, qui vilnensem ac kijouuiensem lutzeoriensem, & Mednicensem ciuitates & Dioceses, ac alia loca eiusdem ducatus in habitant, sancto spiritu cooperante illustrati, nonnullos errores quos hactenus, ritu & more grecorum viuentes obseruarunt, penitus ab eorum mentibus & cordibus abdicare & vnitatem fidei chatolicę & latinę Romanę Ecclesiæ amplecti, & secundum ritum eiusdem, latinæ & Romanæ ecclesiæ viuere desiderant & proponunt, Sed quia more grecorum

ſcilicet in tertia perſona baptiſati fuerunt, & nonnulli aſſerunt eos de nouo baptizari debere, prædicti qui ritu greco hactenus vixerunt, & adhuc uiuunt, tanquam antea rite baptiſati, renuunt et recuſant, de nouo baptiſma ſuscipere, Nos igitur qui ex commiſſo nobis de ſuper, licet in ſuffitientibus meritis, offitio paſtorali, cupimus ſingulas oues nobis commiſſas, ad verum ouile chriſti perducere, vt fiat ex illis vnus paſtor, & vnum ouile, & ne Sancta catholica eccleſia diuerſa & deformia membra à capite diſcrepantia, ſed conformia habeat, attendentes per fœlicis recordationis Eugenium Papam quartum prædeceſſorem noſtrum, in concilio per eum Florentiæ celebrato, & in quo greci atq; armeni, vna cum Romana eccleſia ſentientes interfuerunt, definitum fuit, formam huius Sacramenti baptiſmatis exiſtere, Ego te baptiſo, in nomine patris et filij er ſpiritus ſancti amẽ, ac etiam per illa verba Baptizetur talis ſeruꝰ Ieſu Chriſti, in nomine patris & filij & ſpiritusſancti vel Baptizatur manibus meis talis in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, verum perfici baptiſma, quoniam eius principalis cauſa, ex qua baptiſma virtutem habet, ſit ſancta trinitas, inſtrumentalis autem ſit miniſter, qui tradit exterius ſacramentum, ſi exponitur actus qui per ipſum excercetur miniſterium eius ſanctę trinitatis inuocatione efficitur ſacramentũ, & propterea huiuſmodi ſacramenti, ſic in tertia perſona collocata reiterationem neceſſariam non exiſtere, habita etiam ſuper hoc cum fratribus noſtris deliberatione matura, auctoritate apoſtolica, nobis & aliis romanis pontificibus, ab ipſo Ieſu domino noſtro per beatum Petrum, cui et ſucceſſoribus eius apoſtolatus, miniſterij diſpenſationem commiſit: tradita, tenore præſentium decernimus atq; declaramus omnes & ſingulos ſic in tertia perſona baptizatos, volentes à ritu greco, ad ritum & morem latinæ & ſanctæ romanæ eccleſiæ venire, ſimpliciter & ſine alia contradictione, aut etiam obligatione vel coactione, quod iterum rebaptiſentur, etiam cum intentione, quod alias ritus per orientales eccleſias ſeruari ſolitos hereticam prauitatem non concerneñ, obſeruari poſſint, facta prius tamen, per eos omnium errorum, rituum grecorum à latina & romana eccleſia & illius ritu ac ſanctis inſtitutionibus deriuantium, abiuratione admittendos fore exhortañ etiam per viſcera miſericordiæ dei noſtri, omnes & ſingulos qui predicto modo baptiſati ſunt, & ritu greco viuunt, vt abnegata omnium errorum, quę ſecundum morem & ritum grecorum hactenus obſeruarñt, quicq; ab immaculata, & ſancta catholica, latina & romana eccleſia & illius ſanctorum patrum inſtitutionibus approbatis deuient, velint eidem catholicæ eccleſiæ, illiuſq; ſalubribus documentis pro animarum ſuarum ſalute & veri dei cognitione adherere, et ne eorum ſanctum propoſitũ quouis retardari poſſit, modo venerabili fratri noſtro Epiſcopo Vilnenſi, in virtute ſanctæ obedientiæ committimus & mandamus, quatenus omnes et ſingulos ſic baptiſatos et ad vnitatem prędictę latinę eccleſię venire & errores prædictos abiurare volentes, ad præfatę latinę eccleſię vnitatem, errorum huiusmodi abiurationem per ſe vel per alium ſeu etiam alios ſeculares prędictos eccleſiaſticos ſeu prędicatores aut minorum ordinum regularis obſeruantię, pfeſſores, doctos & probos ac alios idoneos, quibus id duxerit commitendum, recipiat & admittat, ac tam ſibi quam illi aut illis, cui vel quibus, quoties expedierit, id duxerit cõmittendum, ſingulos prędictos, ſic inuenientes ab exceſſibus, propter obſeruationem huiuſmodi errorum ac heretica prauitate inde proueniente nec non excommunicationis ſententia, alijſq; cenſuris & pœnis eccleſiaſticis, quos quomodolibet propter ea incurrent, dicta apoſtolica auctoritate abſoluendi, ac eis pro modo culpæ pœnitentiam ſalutarem iniungendi, aliaq; in prędmiſſis neceſſaria faciendi, plenam & liberam licentiam & facultatem concedimus, per prędentes, verum quia forſan difficile foret prędentes noſtras literas ad ſingula loca, vbi opus fuerit referre, volumus & eadem authoritate apoſtolica decernimus, quod earundem lĩrarum tranſſumptum, manu alicuiꝰ notarij publici ſubſcripto, et ſigillo prędati vilneñ ſeu alterius alicuius epiſcopi vel prędati eccleſiaſtici munito, eadem fides prorſus adhibeatur in iuditio & extra & alias vbilibet, vbi fuerit exhibitum vel oſtenſum, ſicut ipſis litteris originalibꝰ adhiberetur, ſi forent exhibitę vel oſtenſę non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, ceterisq; contrarijs quibuscunq;, Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam noſtre conſtitutionis, declarationis, exhortationis, commiſſionis mandati, conceſſionis, volũtatis et decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. ſi quis autem hoc attentare prędumpſerit, indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno incarnacionis dominicę, Milleſimo Quingenteſimo primo, decimokal: Septẽb: Pontificatus noſtri anno nono.

Confeſſionem quamuis ex cõſtitutione habent, vulgus tamen eam principum opus eſſe, & prędipue ad nobiles dominos & præſtantiores viros, pertinere exiſtimat, confitentur circa paſchatis feſtum, magna cordis contritione ac veneratione, ſtat confeſſor vna cum confitente in medio templo, vultu conuerſo ad imaginem quandam ad hoc conſtitutam, finita dein confeſſione, penitentiaq; iuxta delicti qualitatẽ iniuncta ante ipſam imaginem ſubinde ſeſe inclinant ſignoq; crucis frontem pectusq; ſignant, magno denicq; gemitu clamant, Ieſu Chriſte fili dei miſerere noſtri. Nam hec communis illorum eſt oratio, quibusdam pro penitentia ieiunia, nõnullis certæ quędam precationes (dominicam etenim orationem perpauci ſciunt) iniunguntur, quosdam qui grauius aliquid cõmiſerint, aqua abluunt, Ex profluente etenim aquam in Epiphania domini hauriunt, eamq; conſecratam per totum annum in templo ꝓ mundandis & abluendis grauioribus peccatis ſeruant, Item peccatũ die Sabbato cõmiſſum, leuius iudicant minusq; penitentię pro eo iniungunt, ſunt ẽq; plures & leuiſſimę cauſę propter quas in templum non admittuntur, ſolent tamen excluſi plerumq; portis & feneſtris templi aſtare, atq; inde non minus videre & audire ſacra, quam ſi in templo fuiſſent.

Confeſſio

Dominica oratio

Is qui concubuerit cum vxore ſua, & poſt conſtitutum tempus ſe non abluerit, ea die ingredi templum non audet.

Communicant sub vtraq; specie, miscentes panem vino seu corpus sanguine, summit sacerdos, cocleari ex calice portiunculam porrigitq; cõmunicanti, quoties cunq; aliquis in anno voluerit modo cõfessus fuerit, sumere corpus dñi potest, alioqui tempus constitutum ad festum pascatis habent, Pueris septem annorum porrigunt sacramentum, dicunt tum hominem peccare, si puer infirmus fuerit, aut forte animam agere ceperit, de pane sumere si non potest, infunditur sibi gutta ex calice, sacramentum ad communicandũ, non nisi dum sacrum fit consecratur, pro infirmis autem consecratur die Iouis in maiori hebdomada, & conseruatur per totum annum, cæterũ cum fuerit necesse, accipit inde porciũculam & vino imponit, & bene humectatam porrigit ægroto, dein parum aquæ tepidæ addit.

Nullus monachorum nec sacerdotum horas canonicas vt vocant, orat: nisi habeat imaginem presentẽ, quam etiam nemo nisi magna veneratione attingit, qui eam autem in publicum profert, manu eam in altum tollit, quam omnes prætereuntes aperto capite, cruce se signantes, inclinando, plurimum venerantur. Libros Euangelij non nisi in locis honestiss: tanquam rem sacram reponunt, neq; manibus tangunt, nisi prius cruce se munierint & capite aperto inclinatoq; honorem exhibuerint, post summa cum veneratione in manus summunt, panem quoq; antequam verbis consuetis more nostro consecratus fuerit, circumlatum per ecclesiam venerantur & adorant.

Festos dies viri præstantiores peractis sacris epulis, ebrietate et vestitu eleganti venerantur, vulgus, domestici ac serui plerumq; laborãt, dicentes feriari ac à labore abstinere dominorum esse, ciues & mechanici diuinis intersunt, quibus peractis, redeunt ad laborem, sanctius putantes labori incumbere quam bibendo ludendo, et id genus reb⁹ substantiam et tempus inaniter perdere. Nam vulgo & plebi ceruisiæ, & Medonis potus prohibitus est, quibusdam tamen solennioribus diebus, vt puta Natalis Domini, ferijs Pascæ, Penthecostes, & alijs quibusdam diebus potare illis permissum est, quibus sane non propter diuinum cultum, sed potum potius à labore abstinent.

Trinitatis festũ celebrant die lunæ, in ferijs Penthecostes. In octaua vero Penthecostes festum omnium sanctorum, diem autem Corporis Christi, more nostro, non venerantur.

Iurando ac blasphemando, raro nomen dei vsurpant. cum autem iurant per osculum crucis dicta vel promissa firmant, blaphemiæ eorum hungarorum more communes sunt, canis matrem tuam subagitet &c.

Purgatorium nullum credunt, sed dicunt vnicuiq; vita defuncto, secundum meritum suum esse locum. pijs quidem lucidum cum angelis placidis: impijs aũt obscurum, & cæca caligine obductum, cum angelis terribilibus destinatum esse, inquo extremum exspectant iuditium, ex loco & angelis placidis cognoscunt animę gratiam dei, semp petunt extremũ iuditium: alię contra: neq; animã à corpore seperatã, pœnis obnoxiam esse putant nam cum anima in corpore se contaminauerit, cum corpore esse expiandum. Quod autem pro defunctis, funebre sacrum faciunt, credunt, eo posse tolerabiliorem animabus exorari ac impetrari locũ, in quo facilius expectare futurum iuditiũ queant, Aqua benedicta nemo se aspergit, nisi à sacerdote aspergatur, Cimiteria pro sepeliendis corporibus non consecrant, aiunt corporibus inunctis & consecratis terram ipsam, non corpora terra, consecrari.

Nicolaum Barensem inter sanctos imprimis venerantur, decq; eius plurimis miraculis quottidie prædicant, quorum vnicum, quod non ante multos annos contigit, adiungere placuit, Michael quidam Krisaletzki vir magnus & strenuus in quodam conflictu tartarico, iquendam magni nominis Tartarum fugientem est persecutus, quem cum citato equo assequi non posset, Nicolae inquit perduc me ad hunc canem. Tartarus hæc audiens, territus exclamat, Nicolae si hic tuo auxilio me assequetur, nullum miraculum facies, si vero me alienum à tua fide, ab illius persecutione incolumem seruaueris, tum magnum erit nomen tuum, aiunt Michaelis equum restitisse, tartarumq; elapsum, Tartarũ quoq; deinceps Nicolao obinco lumitatem suam, in singulos vitæ sue annos, certas mensuras mellis obtulisse, totidemq; mensuras Michaeli pariter in memoriam liberationis suæ, adiuncta etiam honoraria veste, ex pellibus Madauricis, misisse.

Ieiunant in Quadragesima septem perpetuas septimanas, prima lactarijs vtuntur, quam Syrna quasi caseacea appellant, sequentibus vero septimanis omnes (extra peregrinantes) etiam piscibus abstinent, sunt qui diebus Dominicis & Sabbato cibum summunt, reliquis diebus ab omni cibo abstineant, sunt item qui diebus Solis, Martis, Iouis & Saturni cibum summunt, reliquis tribus quoq; abstineant. Reperiuntur etiam plurimi, qui diebus Lunæ Mercurij & Veneris panis frusto cum aqua sumpto contenti sunt, reliqua per annum ieiunia non ita stricte obseruant, ieiunant autem post octauam Penthecostes, quæ illis est dies omnium sanctorum, vsq; ad ferias Petri & Pauli, & dicitur ieiunium Petri, deinde habent ieiunium diuæ virginis à prima Augusti, vsq; ad assumptionem Marie. Item ieiunium Philippi, sex septimanis in aduentu domini, & dicitur Philippi, quod initium eius ieiunij contingit festum Philippi secundum eorum Calendarium: Si denicq; festum Petri & Pauli, item assumptionis incidunt in diem Mercurij aut Veneris, tum nec ea die carnibus vescuntur, Nullius sancti vigiliam ieiunio venerantur præter decollationem S. Ioannis, quam xxix, Augusti quottannis obseruant, si denicq; in maiori ieiunio quadragesimæ aliquis Solennis dies. vt annuntiationis Mariæ incíderit, eo piscibus vtuntur, Monachis autem multo grauiora & molestiora ieiunia imposita sunt, quos Kvuas, hoc est potu acetoso & aqua cum fermento mixta contentos esse oportet, sacerdotibus quoq; aqua mulsa & ceruisia eo tempore sunt prohibita, licet nunc omnes leges ac statuta diffluant vicianturq;. porro extra tempus ieiunij, die Sabbato vescuntur carnibus Mercurij vero abstinent.

Doctores quos sequntur, sunt Basilius magnus, Gregorius & Ioannes Chrysostomus, quem dicunt Slatausta id est aureum os, concionatoribus carent, satis esse putant interfuisse sacris ac Euangelij, Epistolarum, aliorumq; Doctorum verba, quę vernacula lingua recitat sacrificus, audiuisse: ad hoc, quod varias opiniones ac hęreses, quæ ex concionibus plerumq; oriuntur, sese effugere credunt, festos dies proximæ septimanæ die Dominico annunciant, publicamq; confessionem recitant, principem porro ipsũ quicquid credere aut opinari vident, id rectum omnibusq; sequendum esse statuunt.

Accepimus Moscouiæ Patriarcham Constantinopolitanum ad petitionem ipsius Mosci, misisse quendam monachum Maximilianum nomine vt omnes libros, canones & singula statuta ad fidem pertinentia in ordinem recto iudicio redigeret, quod cum feciſſet, multisq; & grauissimis erroribus animaduersis, coram principe pronunciasset, eum plane esse scismaticum, qui cum Romanum aut Grecum non sequatur ritum, hæc vbi dixisset, non multo post (& si eum summa prosequeretur princeps beneuolentia) dicitur euanuisse, ac multorum opinione submersum esse, agebatur tertius annus dum nos Moscouiæ essemus, quando Marcus grecus mercator quidam ex Capha, hoc idem dixisse ferebatur, captumq; pariter (licet pro eo tum turcarum orator improbis quodammodo precibus intercederet) sublatum è medio fuisse, Georgius grecus cognomento paruus, Thesaurarius, Cancellarius, supremusq; Consiliarius Principis, cum eandem causam quoq; foueret, defenderetq; ab omnibus continuo offitijs remotus, gratiaq; Principis deciderat, sed ~~enim~~ eius opera carere Princeps cum haud quaquam posset, rursus in gratiam receptus, sed diuerso erat offitio præfectus, fuit enim vir singulari doctrina & multarum rerum experientia præditus, qui cum matre principis in Moscouiã venerat, quem tantopere princeps venerabatur, vt egrotum semel cum ad se vocasset, primi nominis aliquot suis consiliarijs demandauerat, vt illum in vehiculo sedentem in suam habitationem vsq; ferrent, sed cum in aulam esset aduectus, tot tamq; altis gradibus portari se recusaret, depositusq; vehiculo paulatim ad principem ascenderet, hunc princeps cum forte videret, stomachari grauiter cepit, inq; lectica collocatum ad se deferri iussit, tandem communicatis cum eo consilijs negotioq; confecto, in lectica virum per gradus deferendum iubet, semperq; deinceps sursum ac deorsum portandum mandauit.

Religiosorũ præcipua cura existit, vt quoslibet homines ad fidem suam perducant, Monachi heremitæ bonam iam olim Idolatrarum partem diu multumq; apud illos, verbum dei seminantes ad fidem christi pertraxerũt, proficiscunrur etiamnum ad varias Regiones septentrionem versus & orientem sitas, quo non nisi maximis laboribus, fame, ac vitæ periculo perueniunt, neq; inde aliquid commodi sperant nec petunt, quin hoc vnicum spectant, vt rem gratam deo facere & animas multorum deuio errore abductas

ductas (morte aliquando doctrinam Christi confirmãtes) in viam rectam reuocare ac eos Christo lucrifacere queant.

Est etiam in Moscouia præcipuum Monasterium S. Trinitatis quod xii miliaribus ger: ~~occidentem~~ versus à Moscouia ciuitate distat, vbi S. Sergius sepultus multa miracula edere dicitur, admirabilique gentium ac populorum concursu pietateq; celebratur, eo princeps ipse sepe, vulgus vero quottannis certis diebus confluit, monasterijq; liberalitate alitur, perhibetur olla cuprea ibi esse, in qua certi cibi & vt plurimum olus coquitur, fit aũt vt siue pauci siue multi eo venerint, semper tamen cibi tantum remanet, quo eus monasterij familia saturetur, adeo vt nihil vnquam desit neq; superfluat.

DE DECIMIS.

VVolodimerus mijsterijs viuifici lauacri, Anno 6496 iniciatus, decimas vna cum Leone Metropolita, de omnibus rebus dandas instituit, propter pauperes, pupillos, infirmos, senes, aduenas, captiuos atq; pauperes sepeliendos, iuuandos etiam eos, qui numerosam haberent sobolem, quibusue bona igni absumpta essent, ac subleuandam denicq; miserorum omnium inopiam monasteriorum pauperumq; ecclesias, & inprimis propter defunctorum & viuorum refrigerium, idem Wolodimerus potestati et Iurisdictioni spiritualiũ subiecit, omnes Abbates, Presbiteros Diaconos, & totum statum clericorum, Monachos Moniales, & eas que proscura ad sacra conficiunt, quas, pscurnicas vocant, Item vxores filiosq; sacerdotum, medicos, viduas, obstetrices & eos qui miraculum ab aliquo sanctorum acceperint, quiue manu missi essent pro alicuius animæ salutæ, ministros denicq; singulos monasteriorum & hospitalium, & qui Monachorum vestes conficiunt, quicquid itaq; inter prædictas personas simultatis seu discordiæ exoritur, Episcopus ipse tanquam competens iudex decernere & constituere potest, si vero inter laicos & hos, aliquid controuersiarum oritur, iuditio communi decernitur.

Proscurnice sunt mulieres iam effætę, quę amplius menses non patiuntur, & quæ panem ad sacrificandum, qui proscura dicitur coquunt.

Episcopi etiam diuortia, tam inter Knesos quam Boiarones, atq; omnes seculares, qui concubinas fouent, constituere debent. Item ad Episcopalem iurisdictionem pertinet, si quando vxor marito non obsequatur, si quispiam in adulterio seu fornicatione deprehẽsus fuerit, si vxorem consanguineam duxerit, si coniunx coniugi quippiam mali machinetur, Item diuinationes, incantationes, venena, contentiones propter hęresim vel fornicationem susceptas, aut si filius parentes, sorores acerbius increpauerit, leseritue, preterea Sodomitas, Sacrilegos, mortuorum spoliatores, & qui ad incantandum de imaginibus sanctorum aut statua crucis, quicquam auulserint, qui canem, auem, aut aliud aliquod animal immundum in ædem

sacram duxerint, aut commederint, punire, ad hæc singulas rerum mensuras ordinare statuereq; debent, nemo autem miretur si prędicta canonibus istis atq; traditionibus diuersa reperiantur, sunt enim non tam vetustate ipsa, alia quidem in locis alijs mutata, quàm pecunię studio pleraq; depraua viciataq;.

Princeps si quando Metropolitam conuiuio accipit, solet ei primum in accubitu locum, absentibus fratribus suis, deferre, in funebri sacro cum Metropolitam atq; Episcopos inuitauerit, eis ipse ab inicio prandij cibum potumq; porrigit, dein fratrem suum vel principem aliquem virum, qui vices suas ad prandij usq; finem suppleat, constituit.

Ceremonias illorum, quibus solenni tempore in templis vtuntur, vt viderem, equidem impetraueram, atq; ita vtroq; legationis meę tempore, in festo Assumptionis Mariæ xv. uidelicet die Augusti, cum maius templum in arce frondibus arborum stratum, ingressus fuissem, vidi principem ad dextram portæ, qua ingressus erat, ad parietem aperto capite stantem Posochq; baculo, vt vocant, innitentem, ante ipse quendam Colpack dextra tenentem, consiliarios vero ad columnas templi, quo loci & nos deducti eramus, stantes: In medio templi super tabulato Metropolita solenniter vestitus, mitramq; rotundam superne imaginib⁹ sanctorum, inferne vero hermellinis pellibus ornatam, gestans, stabat, Posochq; baculo quemadmodum princeps, innitebatur, atq; mox cantantibus alijs, ipse cum ministris suis orabat, dein chorum versus procedens, in leuam contra nostrum morem, conuersus, per minorem portam egreditur, precedentibus cantoribus sacerdotibus atq; diaconis, ex quibus vnus in patena, super capite, panem iam ad sacrificandum preparatum, portabat, alter vero coopertum calicem, ceteri promiscue S. Petri, Pauli, Nicolai, Archangeli, imagines magna populi circumstantis acclamatione ac veneratione ferebant, quidam porro ex circumstantibus acclamabant, Domine miserere, alij fronte terram, more patrio, tangebāt flebantq;: varia deniq; veneratione ac cultu circumlata signa vulgus prosequebatur, post finito circuitu, per mediam chori portam ingressi sacrum seu summum, vt vocant, offitium ceptum est fieri, ceterum totum sacrum seu missa, gentili ac vernacula lingua, apud illos peragi solet, Epistola preterea, Euangelium pro tempore, quo magis à populo percipiantur, extra chorum, populo astanti clara voce recitantur, In priore mea legatione eodem festo die, vltra centum homines in fossa arcis, laborantes vidi, quod feriari non nisi principes & Boiari vt infra dicemus, solent.

RATIO CONTRAHENDI MATRIMONIVM

Inhonestum ac turpe est adolescenti, ambire puellam, vt sibi in matrimonium locetur, patris est iuuenem alloqui, vt ducat filiam suam, in hæc autem verba plerumq; proloqui solent, cum mihi sit filia vellem equidem te mihi

te mihi generum, ad que iuuenis, si me inquit expetis generum, & tibi ita videtur, conueniam parentes meos, & de hac re ad eos referam, dein si parentes & proximi assensi fuerint, cōueniunt et de his, quę pater filię dotis nomine dare velit, tractant mox dote constituta, nuptijs dies præscribitur interea temporis sponsus ab ædibus sponsę vsq; adeo arcetur, vt si forte petierit, eam saltem vt videret, tum parentes respondere solent, cognosce ex alijs qualis sit, qui eam norunt, certe nisi sponsalia prius maximis pœnis firmata fuerint, ita vt sponsus nō possit etiam si vellet sine graui pœna eam repudiare, alias non datur illi accessus, dotis nomine dantur plerumq; equi vestes, framea, pecora, serui & similia: Inuitati ad nuptias pecuniam raro offerunt, munera tamen seu donaria sponsæ mittunt, quæ singula sponsus diligenter notata reponit, finitis nuptijs deprompta rursus ordine conspicit, atq; ex ijs, si quę placent sibiq; vsui futura videntur, ea mittit ad forum, iubetq; singula ab his qui rebus prœcia imponunt, estimari, reliqua omnia & singula, singulis remittit cum gratiarum actione, ea quę seruauit, in anni spatio iuxta æstimationem pecunia aut alia aliqua re equalis valoris compensat, porro si aliquis donum suum pluris fecerit, tum sponsus ad iuratos estimatores continuo recurrit, illumq; horum æstimationi standum esse cogit, item si sponsus post elapsum annū, non satis fecerit, aut munus accep, tum non restituerit, tum in duplo satisfacere tenetur, deniq; si alicuius donum iuratis estimandum dare neglexerit ex voluntate atq; arbitrio eius qui dedit, reponere cogitur, atq; hunc morem vulgus ipsum in omni liberalitate seu donationis genere obseruare solet.

Donaria

Matrimonium ita contrahunt, vt quartum gradum consanguinitatis aut affinitatis non contingant, hæreticum putant, germanos fratres, germanas ducere sorores, Item nemo sui affinis sororem ducere in vxorem audet, obseruant etiam seueriſſime, ne hi matrimonio implicentur, inter quos spiritualis cognatio baptismatis interceſſit, Siquis alteram vxorem ducit, fitq; bigamus concedunt id quidem, sed vix legittimum matrimonium esse putant, Tertiam vxorem ducere sine graui causa non permittunt, Quare tam autem nec concedunt cuipiam, nec etiam christianum esse iudicant. Diuorciū admittunt, & dant libellum repudij id tamen maxime cælant, quod contra religionem ac statuta esse sciunt, Principem ipsum Salomeam vxorem propter sterilitatem repudiatam in monasterium intrusisse, atq; Helenam filiam Knes Basilij Lynski duxisse paulo ante diximus, ante aliquot annos etiam quidam dux Basilius Bielski, ex Lithuania in Moscouiam profugerat, eius vxorem iuuenem & quam paulo ante duxerat, cum amici diutius apud se detinerent (putabant enim illum amore ac desiderio adolescentulę rursus rediturum) Bielski causam vxoris absentis in consilium Metropolitæ refert, communicatoq; consilio Metropolita inquit quando non tua sed vxoris potius atq; adeo cognatorum culpa fit, vt cum ea esse tibi non liceat, equidem legis gratiam tibi faciam, tecq; ab ea absoluam, qua re audita, mox aliam ex principum Resanensium progenie natam duxit, ex qua etiam

Tertiam vxorem

Diuortium

qua etiam filios suscepit,quos nunc in magna apud principem authoritate vidimus.

Adulterium non appellant,nisi quis alterius vxorem habuerit,tepidus est,vt plurimum coniugatorum amor,præsertim nobilium,& principum virorum:puellas nunquam ante visas ducunt, quicq seruitijs principis occupati deserere eas coguntur,aliena interim turpicq libidine sese contaminantes. *ut.*

Mulierum conditio miserrima est,nullam enim honestam credunt,nisi domi conclusa viuat,adeocq custodiatur,vt nusquam,prodeat,parum inquàm pudicam existimant,si ab alienis externisue cõspiciatur,domi autem conclusæ,nent duntaxat, & fila trahunt,nihil prorsus iuris aut negotij in ædibus habent,omnes labores domestici,seruorum opera fiunt,quicquid mulierum manibus suffocatur, siue gallina siue aliud aliquod animalium, id abhorrent tanquam impurum,qui vero pauperiores sunt,eorum vxores,domesticos labores obeunt & coquunt,ceterum cum viris absentibus forte & seruis,gallinas iugulare volunt,stant pro foribus,tenentes gallinam aut aliud animal,& cultrum, prætereuntesq viros vt ipsi interficiant plurimum rogant.

Rarissime in templa,rarius etiam ad amicorum colloquia,nisi senes admodum sint omnicq suspitione careant,admittuntur,certis tamen et festiuis diebus animi gratia concedunt,vxoribus ac filiabus,vt in pratis amœnissimis conueniant, vbi super quadam rota, instar fortunæ insidentes, alternatim sursum ac deorsum mouentur, aut alioqui funem appendunt, quo suspenſę ac insidentes hinc inde impulsę feruntur mouenturq, aut denicq quibusdam et certis cantilenis manibus plaudentes sese oblectant,choreas prorsus nullas ducunt. Est Moscouiæ quidam alemanus faber ferrarius cognomento Iordanus,qui duxerat uxorem rutenam, ea cum apud maritum aliquamdiu esset,hunc ex occasione quadam amice sic alloquitur, cur me coniunx charissime non amas? respondet maritus, ego vero te vehementer amo,nondum, inquit,signa habeo amoris, querebat igitur maritus qualia signa vellet,cui vxor,nunquam ait me verberasti,mihi sane verbera,inquit maritus,nõ videbantur signa amoris,sed tamen nec hac parte deero,atq ita non multo post, crudelissime eam verberauit, fassusq mihi est,longe maiore amore se à sua vxore post hac persequutun fuisse, quam rem sepius exercuit,nobisq tum Moscouię existeñ: ceruicem illi tandem & crura præcidit,

Omnes se principis chlopos,id est seruos fatentur, item prestantiores ex maiore parte emptos aut captos seruos habent, quos autem liberos in seruitio nutriunt,ijs non est liberum quolibet tempore discedere, si aliquis citra uoluntatem domini abit, nemo eum assumit, Si dominus bonum ac commodum famulum non bene tractat, fit quodammodo infamis aput alios, necq post hac alios famulos assequi potest.

Gens illa magis seruitute quam libertate gaudet, nam morituri ut plurimum certos

mum certos seruos manu mittunt, qui se tamen continuo alijs dominis, pecunia accepta,in seruitutem vendicant,si pater filium,vt mos est, vendit & is quocunq tandem modo liber factus aut manu missus fuerit, pater hunc rursus atq iterũ iure patriæ potestatis vendere potest,post quartam autem venditionem nil iuris amplꝰ in filium habet, Vltimo supplicio solus Princeps seruos & alios afficere potest.

Princeps altero aut tertio quoq anno per prouincias delectu habito, filios Boiaronum conscribit: vt numerum illorum: & quot quisq equos ac seruitores habeat,cognoscat,dein singulis stipendia proponit, vt supra dictum est,qui vero per facultates rei familiaris possunt,stipendio militant, raro illis datur quies,nam aut bellum infert lituanis,aut Liuonienſibus,aut Suetensibus, aut Tartaris Casanensibus,aut si nullum bellum gerit, præsidia tamen in singulos annos in locis circa Tanaim & Occam,ad reprimendas Tartarorum precopeñ: eruptiones ac deprædationes ad viginti milia hominum imponere solet,solet etiam quotannis ex suis prouincijs, ordine quosdam vocare, qui moscouiæ sibi omnia ac quelibet præstant offitia,Belli autem tempore, non annuis ex ordine,& alternis offitijs inseruire,sed omnes & singuli tam stipendiarij quam gratiã principis expectanteſ,in bellum ire coguntur.

Habent equos paruos ,castratos, soleis carentes, leuissima frena,tum Ephippia in eum vsum accõmodata,vt se in oẽs partes nullo negotio vertere arcumq intendere queant,pedibus vsq adeo attractis insident equo, vt nullum hastę aut teli paulo vehementiorem ictum sustinere queant,calcaribus pauciſſimi, flagello plericq vtuntur,quod semper minimo digito dextræ inheret, vt id quoties opus sit,apprehendant & vtantur:rursus si ad arma deuentum fuerit,proiectum è manu pendeat.

Communia arma sunt, Arcus, Telum, Securis et baculus,instar cœstus, qui rutenice Kesteni:Polonice Bassalick dicitur framea nobiliores & ditiores vtuntur,pugiones oblongos in modum cultellorum dependentes,in vaginis adeo reconditos habẽt, vt vix supremam capuli partem attingere aut necessitate cogente, apprehendere possis, loro pariter freni longo & in extremitate perforato vtuntur quod digito sinistro annectunt, vt arcum apprehẽdere eoq retento,vti possint,Porro quanq simul & eodem tempore manibus teneant frenum arcum,frameam telum& flagellum,istis tamen scite & sine vllo impedimento norunt,vti.

Nonnulli ex prestantioribus loricã Thorace affabre ceu ex quibusdam squamis concinato,& armillis, pauciſſimi autem crista instar Pyramidis in summitate exornata, vtuntur.

Sunt qui habent vestem Bombicis lana suffertam,ad sustinendos quoscunq ictus:Lanceis quoq vtuntur.

Peditatu vero & tormentis in conflictu nunq vsi sunt,etenim quicquid agunt, siue adoriuntur, siue insequuntur, siue fugiunt hostem, id repente & celeriter faciũt, atq ita illos nec peditatꝰ nec tormenta subsequi possunt.

Modernus

Modernus tamen Princeps basilius, cum rex Præcopensis, Nepotem suum in Casanense Regnum induxisset, & in reditu iuxta Moscouiam tredecim millibus passuum castra metatus esset, anno insequenti circa Occam fluuium castra posuerat, atq; peditatu tum primum & tormentis vsus est, fortasse vt potentiam suam ostentaret, aut maculam susceptam priori anno, ex turpissima fuga, in qua dicebatur aliquot diebus sub aceruo fœni delituisse, deleret: aut denicp regem, quem ditionem suam rursus inuasurum putabat, à finibus suis arceret, certe nobis presentibus habuit ex Lituanis variacp hominum colluuie mille & quingentos fere pedites,

Hostem primo impetu audacissime aggrediuntur, nec diu perseuerant, ac si innuere vellent, fugite aut nos fugiemus.

Ciuitates raro vi, aut impressione acriore expugnare, sed longa magis obsidione, homines fame aut proditione ad deditionem adigere solent, quamquam Basilius Smolentzko ciuitatem admotis tormentis, quę partim ex Moscouia secum adduxerat, partim ibi in obsidione fuderat oppugnabat quassabatcp nihil tamen effecerat, obsederat & Casan magna militum vi, admotis pariter tormentis, quę secundo fluuio eò portauerat, sed tum quocp vscp adeo nihil effecerat, vt dum arx incensa funditus conflagraret, atcp ex integro rursus ędificaretur, ne nudum quidem collem interim miles ascendere occupare ue ausus fuerat.

Habet princeps nunc fusores tormentarios alemanos et italos, qui preter pixides, tormenta bellica, item ferreos globulos cuiusmodi & nostri principes vtuntur, fundunt, quibus tamen in conflictu, quod omnia in celeritate posita habent, necp sciunt necp possunt vti.

Omitto etiam quod tormentorum discrimen seu vt verius dicam vsum ignorare videntur, nesciunt inquàm quando vel maioribus quibus muri demoliuntur, vel minoribus, quibus acies impetuscp hostium disrumpitur vti debeant: id quod cum alias sæpe, tum maxime eo tempore accidit, quũ Tartari Moscouiam iam iam oppugnaturi ferebantur, tum enim locum tenens tanquam in re subita, maius tormentum sub portam castri, ridente Bombardario germanico, collocandum iusserat, cum id tamen, vix triduj spatio eò deduci potuisset, ad hęc semel duntaxat exoneratum testudinem & portam dissipasset.

Magna est hominum, vt in alijs negotijs ita in bello gerendo, diuersitas ac varietas, Moscus enim quàm primum fugam arripit, nullam salutem cogitat preter eam quam fuga habere potest, assecutus seu apprehensus ab hoste, nec se defendit nec veniam precatur.

Tartarus vero deiectus ex equo spoliatus omnibus armis, grauissime etiam vulneratus manibus, pedibus, dentibus, quoad & quacunq; potest ratione ad extremum vscp spiritum se defendere solet.

Thurcus dum videt se omni auxilio ac spe elabendi destitutum, supplex veniam petit, armis abiectis, iunctas ad ligandum manus victori porrigit, speratcp captiuitate vitam se impetraturum.

Castris

Castris collocandis amplissimum locum eligunt, vbi præstantiores tentoria erigunt, alij vero ex arbustis veluti arcum in terram figunt, penulisq; tegunt, quo ephippia, arcus et id genus alia recondant, seqp ab imbre defendant, Equos ad pascua pellunt, quorum causa tam late disiuncta tentoria habent, quæ nec curru nec fossa, nec alio quouis impedimento muniunt, nisi forte locus natura sit aut siluis aut fluminibus paludibusue munitus,

Posset forte cuipiam mirum videri, quod se & suos tam exiguo stipendio, & tam diu, vt supra dixi sustineant, ideo illorum parsimoniam & frugalitatem paucis aperiam: qui habet sex aut aliquando plures equos, ex ijs vno tancp baiulo siue clitellario, qui vitæ necessaria portat vtitur, Inprimis habet milium contritum in saculo longitudine duorũ aut trium palmitum deinde suillæ carnis salsæ, libras octo aut decem, habet & sal in saculo, & si diues est mixtum pipere, præterea vnusquisq; secum fert securim, fomitem, lebetes aut ollam cupream, vt si aliquo forte deueniat, vbi nihil fructuũ allij, cepæ, aut carnis ferinæ reperiat, tum ignem accendit, ollamcp aqua replet, in quam coclear plenum milij sale addito inijcit, coquitcp: eo cibo dominus & serui contenti viuunt, porro si dominus nimium famelicus fuerit totum absummit, itacp serui aliquando ad totum biduum aut triduũ egregie ieiunant, ad hæc si dominus vult lautius epulari, tum addit paruam porciunculam carnis suillę, hoc non loquor de præstantioribus, sed mediocris conditionis hominibus, duces exercitus & alij militiæ præfecti, inuitant alias quando pauperiores illos, qui sumpto bono prandio, interdum post ad biduum aut triduum cibo abstinent.

Item cum habent fructus aut allium, aut cæpas, tum facile alijs omnibus carere possunt, Ingressuri preliũ plus spei ponunt in multitudine, & quantis copijs hostem adoriantur, quàm robore militum ac instructo, quam probe exercitu, feliciusq; eminus cp cominus pugnant, atcp ideo hostem circumuenire & à tergo adoriri præcipue studeant.

Tubicines multos habent, hi dum patrio more, omnes vna, tubas inflant intonantcp: mirum tum ac inusitatum quendam concẽtum audires, habent & aliud quoddam genus musices quod gentili lingua Szurna appellant, eo si quando vtuntur, tum vna hora plus minus, sine vlla respiratione, seu aëris attractione quodammodo canunt, Buccas autem primum aëre implere solent, dein naribus spiritum identidem attrahere edocti, tuba vocem abscp intermissione, edere dicuntur.

Omnes vestitu seu corporis cultu simili vtuntur, tunicas oblongas sine plicis, manicis strictioribus, hungarorũ fere more gestant, in quibus christiani nodulos quibus pectus constringitur in dextro, tartari vero haud dissimili vestitu vtentes, sinistro latere habent, Ocreas fere rubeas, eascp breuiores vt que genua non attingant, soleascp ferreis clauiculis munitas gestant, Indusia omnes fere varijs coloribꝰ circa collum exornata habent. eacp monilibus seu globulis argenteis aut cupreis deauratis, additiscp ornamenti causa, vnionibus, constringunt.

Ventrem nequaq; sed femora cingunt, atq; adeo pubetenus, quo magis promineat venter, cingulum demittunt, nam & nunc Itali & Hispani imo & germani ita asueuerunt.

Adolescentes & pueri pariter festiuis diebus sed in ciuitate loco amplo & celebri, vnde videri & exaudiri à pluribus queant, conuenire solent, quibusdam autem sibilis ceu signo dato, conuocantur, conuocati illico concurrunt manusq; conserunt, certamen pugnis ineunt, mox pedib⁹ promiscue ac magno impetu faciem, guttur, pectus, ventrem, genitalia, quatiunt aut quacunq; ratione possunt, alios alij inter se de victoria concertantes prosternunt, adeo vt sepe inde exanimati asportentur, porro quicunq; plures vincit, diutius in arena durat, fortissimeq; verba tollerat, is præceteris laudatur victorq; celebris habetur, hoc certaminis genus institutum est, vt assuescant adolescẽtes verba ferre ictusq; quoscunq; sustinere.

Iustitiam strenue exercent in prædones, quibus compræhensis, calcanea primum frangere dein in biduum aut triduum vsq; dum intumescant, quiescere, post fracta iam ac intumefacta rursus motare iubent, non alio genere torquendi & flagitiosos, ad confitenda latrocinia, sociosq; scelerum indicandos vtuntur, Cæterum si in quæstionem vocatus supplicio dignus fuerit repertus, suspenditur, alio genere pœnę sontes raro puniuntur, nisi quid immanius commiserint.

Furta raro capitali pœna, immo homicidia raro, nisi prædę gratia facta fuerint, puniuntur, qui vero furem in furto deprehendit & occidit, impune id facere potest, ea tamen conditione si occisum in aulam principis detulerit & rem vt acta est exposuerit.

Cum Brutis congredientes, ne illi quidem vltimo afficiuntur supplicio.

Pauci ex prefectis habent authoritatem, vltimum supplitium irrogandi ex subditis nemo aliquem torquere audet plericq; malefactorum moscouiam seu ad alias principales ciuitates ducuntur, hiemali autem tempore vt plurimum in sontes animaduertunt, estiuo enim bellicis negotijs impediuntur.

SEQVVNTVR ORDINATIONES A IOANNE BASILY MAGNO DVCE, ANNO MVNDI 7006. FACTÆ.

QVum reus fuerit in vnum rublum condemnatus, soluat iudici altinos duos, Notario octo dengas, si vero partes redeũt in gratiam, priusq; in locum duelli venerint, non minus iudici & notario soluant ac si iuditium factum fuisset, si venerint in locum duelli, quem Ocolnick & Nedelsnik duntaxat decernere possunt, ibiq; forte in gratiam redierint, soluant iudici vt supra, Ocolniko. L. dengas Nedelsniko similiter. L. dengas, & duos altinos: Scribe quatuor altinos & vnam dengam, si vero venerint ad duellum, & alter victus fuerit, tum iudici reus quantũ ab eo postulatur soluat,

Ocolniko

Ocolniko det poltinam & arma victi, scribę. L. Dengas, Nedelsniko poltinam & quatuor altinos, si vero duellum committitur propter aliquod incendium, nęcem amici, rapinam vel furtum, tunc accusator si vicerit, ab reo accipiat quod petijt, ocolniko detur poltina & arma victi, scribæ. L. Dengę. Nedelsniko poltina, vestono (est autem veston qui ambas partes prescriptis conditionibus ad duellum committit) quatuor altinos, & quicquid victus reliqui habuerit, vendatur: iudicibusq; detur, corpore autem iuxta delicti qualitatem puniatur.

Interfectores dominorum suorum, proditores castri, Sacrilegi, Plagiarij: item qui res in alterius domum clanculum inferunt easdemq; furto sibi ablatas dicunt, quos Podmetzchek vocant, præterea qui incendio homines affligunt, quicq; manifesti malefactores fuerint, vltimo supplicio afficiantur.

Qui primum furti conuictus fuerit, nisi forte Sacrilegij aut plagij accusetur, morte non est afficiendus, sed publica pœna emendandus, hoc est baculis cedendus & pœna pecuniaria à iudice mulctandus.

Si iterum in furto depræhensus fuerit, & non habuerit vnde accusatori aut iudici satisfaciat, morte plectatur,

Si alioqui fur conuictus non habeat, vnde accusatori satisfacere posset, cæsus baculis tradatur accusatori.

Si quis furti accusetur, & honestus aliquis vir iure iurando affirmet, illum antea quoq; furti conuictum, aut furti causa cuipiam reconciliatum fuisse, neglecto & omisso iudicio morte afficiatur: de bonis eius fiat vt supra.

Si aliquis vilis conditionis, aut suspecte vitæ furti insimuletur, vocetur in quęstionem, Si vero furti conuinci non potest, datis fideiussoribus dimittatur ad vlteriorem inquisitionem.

Pro scripto decreto, seu lata sententia estimatione vnius rubli soluantur Iudici nouem dengę, Secretario qui sigillum habet altinum vnum, Notario Dengę tres.

Prefecti qui non habent authoritatem, causa cognita, decernere ac sententiam ferre, hi alteram partium, in aliquot rublis condemnent, dein decretum ad Iudices ordinarios mittant, quod si iustum ac equitati consonum illis videtur, tum de singulis rublis, singuli altini iudici, Secretario vero IIII dengę soluantur.

Quicunq; alterum furti, spolij seu homicidrij accusare vult, moscouiam proficiscitur, petitq; vt talis in ius vocetur, datur illi Nedelsnick, qui reo diem dicit, eundemq; moscouiam perducit, reus porro in iudicio constitutus plerumq; crimen sibi obiectum negat, si actor testes producit tum ambæ partes interrogantur, an dictis stare velint, ad id communiter

 respondent

respondent, audiantur testes secundum iustitiam & consuetudinem: Si contra reum attestantur, tum reus statim se opponit, & contra testimonia & personas excipit dicens, Peto mihi decerni iuramentum, mecꝫ iustitiæ diuinæ permitto, petoꝫ campum & duellum, atque illis ita, iuxta patriæ consuetudinem duellum decernitur.

Duellū

Vtercꝫ quemuis alium, suo loco ad duellum constituere, armis item vtercꝫ instruere se quibuslibet potest, pixide & arcu exceptis. communiter autem loricas oblongas, aliquando duplices thoracem, armillas, galeam, lanceam, securim, & ferrum quoddam in manu instar pugionis in vtraꝫ tamen extremitate acutum habent, quo altera manu ita expedite vtuntur, vt in quolibet congressu non impediat necꝫ manu cadat, eo autem pedestri certamine plerumꝫ vtuntur,

Certamen primum ineunt lancea, dein alijs vtuntur armis, cum multis annis mosci cum externis aut germanis aut polonis aut Lithuanis certantes plerumꝫ succubuissent, nouissime autem cum Lithuanus quidam xxvi. annos natus, cum, quodam mosco qui plusquam xx duellis victor euaserat, congressus, occisus esset, Princeps indignatus, illū vt videret continuo accersiri iubet, quo viso, in terram expuit, & statuit, ne in posterum vlli externo duellum contra suos decerneretur, mosci plurimis ac diuersis armis se onerant verius q̄ armant, externi autem consilio magis quam armis tecti congrediuntur, cauent inprimis ne manus conserant, quod moscos plurimum brachijs lacertisꝫ valere sciunt, sola industria ac agilitate illos tandem lassos vincere solent, vtraꝫ partiū habet multos amicos atꝫ fautores certamininis sui spectatores, sed prorsus inermes, exceptis fudibus quibus interdum vtuntur, etenim si alteri horum videtur iniuria aliqua fieri, tum ad propulsandam eius iniuriam fautores ipsius accurrunt, mox etiam alterius atꝫ ita vtrinꝫ certamen spectantibus exoritur iucundū, agitur enim res capillis pugnis fustibus fudibusꝫ præustis.

Procuratores vt ad se mittat

Vnius Nobilis testimonium plus valet, quam multorum vilis conditionis hominum, Procuratores rarissime admittuntur, quisꝫ causam suam exponit, Princeps quanquàm seuerissimus sit, nihilominus tamen omnis iustitia, & palam ferè, venalis est, audiui quendam consiliarium, qui iudicijs præerat, fuisse deprehensum, quod ab vtraꝫ partium in quadam causa munera accepisset, & pro altero, qui plus dederat, iudicasset, quod factum, ad principem delatus, non negabat, illum pro quo iudicasset, hominem dicebat diuitem, honesto loco, atꝫ ideo magis huic, quam illi inopi & abiecto credendum, tandem quamuis princeps sententiam reuocasset, ridens tamen, illum impune dimisit, fortasse tantæ auaritiæ ac improbitatis causa est, ipsa ægestas, qua suos cum sciat princeps oppressos, ad illorum facinora atꝫ improbitatem, quasi impunitate proposita, conninet, pauperibus non patet aditus ad principem, sed ad ipsos consiliarios tantum & quidem difficillimus.

Mimera

Ocolnitz

Ocolnitz personam Pretoris seu iudicis à principe constituti sustinet, alias supremus consiliarius, qui semper apud principem versatur, eo nomine vocatur, Nedelsnick, est commune quoddam eorum officium, qui homines in ius vocant, malefactores capiunt, carceribusꝫ coercent, atꝫ hi Nobilium numero continentur.

Nobilis rink

Coloni sex dies in septimana domino suo laborant, septimus vero dies priuato labori conceditur, habent aliquot priuatos, & à dominis suis attributos agros, & prata ex quibus viuunt, reliqua omnia sunt dominorum, sunt preterea miserrimæ conditionis, quod illorum bona, nobilium ac militum prædę exposita sunt, à quibus etiam per ignominiam christiani, aut nigri homuntiones vocantur.

Robot

Nobilis quantumuis pauper fuerit, turpe sibi tamen ac ignominiosum esse putat, si manu laboraret, hoc autem turpe non esse ducit, cortices seu putamina fructuum & præsertim melonum, allij, ac cęparum, à nobis & seruitoribus nostris abiecta, de terra leuare ac deuorare, cæterū sicuti cibo parce, sic potu, vbicunꝫ se occasio offert, immoderate vtūtur, omnes fere tardi ad iram, item superbi in paupertate, cuius grauem comitem habent, seruitutem, vestes oblongas, pileos albos apicatos ex lana coacta qua penulas barbaricas confectas videm⁹, solidosꝫ ex officina gestant, vestibula ædiū satis quidem ampla et alta, fores vero habitationum humiles habent, ita vtingressurus quispiam, demittere se & inclinare cogatur.

Manuario qui viuunt labore, et operā suam vendunt, mercedem vnius diei referunt dengam cum dimidia, artifex duas: necꝫ hi strenue laborant, nisi bene verberati, audiui seruitores aliquando conquestos, quod à dominis non essent probe verberati, credunt se suis dominis displicere signumꝫ esse indignationis, si non verberentur.

DE INGRESSV IN ALTERIVS DOMVM.

IN singulis ædibus et habitationibus habent imagines sanctorum, pictas aut fusas loco honorificentiore, & cum alius alium accedit, ingressus habitaculum, continuo caput aperit, ac vbi imago sit, circumspicit, qua visa ter se crucis signo munit, caputꝫ inclinans inquit, Domine miserere, dein salutat hospitem his verbis, Deus det sanitatem, mox porrectis manibus deosculantur se mutuo capitaꝫ inclinant, dein continuo alter alterum intuetur, vter nimirum se magis inclinaret, demitteretꝫ, atꝫ ita ter quaterꝫ alternatim caput inclinantes honoremꝫ mutuo exhibentes quodammodo concertant, post sedent negotioꝫ suo confecto: hospes, recta in medium habitaculi procedit, facie ad imaginem conuersa, rursus ter signo se crucis munit, prioraꝫ verba inclinato capite repetit, postremo data acceptaꝫ prioribus uerbis salute, abit, si est alicuius authoritatis vir, illum tum hospes sequitur ad gradus vsꝫ sin præstancior longius comitatur, habita & obseruata cuiusꝫ dignitate, mirabiles obseruant ceremonias, nulli etenim

tenuioris fortunæ homini licet intra portam domus alicuius præstantioris equitare, difficilis quoq; pauperioribus ac ignotis aditus est, etiam ad vulgares nobiles, qui vel hoc nomine rarius in publicum prodeunt, quo maiorem authoritatem suiq; obseruantiam retineant, nullus etiam nobilis, qui paulo ditior est, ad quartam vel quintam domum pedes progreditur, nisi subsequatur equus, hyemis tamen tempore cum equis, soleis carentibus, propter glatiem absq; periculo vti non possunt, aut quando aulam principis aut diuorum templa forte ingrediuntur, tum equos domi relinquere solent.

Domini intra priuatos parietes, semper sedent, raro aut nunquam in ambulando quicquam tractant, mirabantur plurimum dum nos de ambulantes in diuersorijs nostris atq; inter ambulandum negotia frequenter tractare viderent

Veredarios princeps ad omnes ditionis suæ partes, diuersis in locis cum iusto equorum numero, habet, vt cum cursor regius aliquo missus fuerit, equum sine mora in promptu habeat, est autem Cursori liberum vt quemcunq; voluerit eligat equum, Michi ex Novuogardia magna celeriter moscouiam proficiscenti, magister postarũ qui illorum lingua Iamschnik appellatur, aliquando triginta nonnunq; quadraginta quinquagentaue adduci mane primo curabat equos. cum vltra duodecim opus non haberem, vnusquisq; igitur nostrum, equum qui sibi commodus videbatur, sumebat: defessis dein illis, cum ad aliud in itinere diuersorium, quod Iama appellant peruenimus, continuo ephippio et freno retentis, permutauimus, licet cuilibet celerrimo vti equorum cursu, et si forte aliquis concidat aut durare non possit, tum ex proxima quaq; domo alium rapere, aut alioqui abs quouis obuiam forte occurrenti, principis duntaxat cursore excepto, sumere impune quidam licet, equum porro in itinere viribus exhaustum relictumq; Iamschnick requirere, item alterum ei cui ereptus erat, restituere preciumq; ratione itineris habita, persoluere solet, plerumq; de xx vel xxv verst, numerantur sex dengæ, eiusmodi porro veredariorum equis, seruitor meus ex Novuogardia Moscouiam, intercallo, 600. verst hoc est cxx ger: mili: lxxii horis peruenit, quod quidem eo magis mirandum est, cum equuli tam parui sint & longe negligentius quàm apud nos curantur, tantos tamen labores perferant.

Monetam argenteam quadruplicem habent, Moscouiticam, Novuogradensem, Tvuerensem et plescouiensem, Moscouitic⁹ nummus non rotunda sed oblonga & quali quodammodo forma, Denga dictus diuersas habet imagines, antiqua in vna rosę, posterior, hominis equo insidentis imaginem, in altera autem parte vtraq; scripturam habet, illorum porro centum, vnum hungaricalem aureũ. Altinum sex denge. Grisnam viginti. Poltinam centum, Rublum ducentę faciunt, Noui nunc vtrinq; characteribus signati, cuduntur, & quadringenti valent Rublum'

Tvuerensis vtrinq; scripturã habet et valore moscouitico equiparat.

Novuogradensis

amschnik Cursor

Monetæ

Denga

Novuogradensis in vna parte principis in solio sedentis, hominisq; ex aduerso sese inclinantis imaginem, in altera scripturam habet, atq; moscouiticum valore in duplo superat, Grisna porro Novuogradensis xiiii, Rublus autem ducentas viginti duas Dengas valet.

Plescouiensis, caput bouis coronatum, in altera vero scripturam habet Habent preterea cupream monetam, que Polani vocatur, horum sexaginta Dengam moscouiticam valent.

Aureos non habent nec cudunt ipsi, sed hungaricalibus fere, interdum etiam Renanis, vtuntur, preciumq; eorum sepe mutant presertim cum externus auro aliquid mercaturus sit, tum continuo precium eius minuunt, si vero aliquo profecturus, auro indigeat, eius tum rursus precium augent.

Rigenzibusq; Rublis vtuntur propter vicinitatem, quorum vnus valet duos moscouiticos, moneta moscouitica, est ex puro et bono argento: ea quamuis nunc quoq; adulteratur, non audiui tamen ob hoc facinus, in quempiam animaduersũ esse: omnes fere aurifabri moscouie nummos cudunt, & quicunq; affert massas argenteas puras, nummosq; cupit, tum nummos & argentum appendunt, atq; æqua lance librant, exiguum est, et constitutum prętium, quod vltra æquale pondus soluendum est aurifabris paruo alioqui laborem suũ vendentibus. Scripserunt quidam prouinciam hanc rarissime abundare argento, principem preterea ne id exportaretur prohibere, prouincia sane argentum nullum habet, nisi quod, vt dictum est importatur, nec princeps vsq; adeo efferre prohibet, sed cauet verius, atq; ideo permutationem rerum facere, & alia vt pelles, quibus abundant, aut quid aliud eiusmodi pro alijs rebus dare recipereq; suos iubet, quo argentum & aurum in prouincia retineat, vix Centum annis vtuntur moneta argentea præsertim apud illos cussa, Initio cum argentum in prouinciam inferebatur fundebantur porciunculę oblongę argenteæ sine imagine & scriptura ęstimatione vnius Rubli, quarum nulla nunc apparet, cudebatur etiam moneta in Galitz principatu ea autem cum æquabili ualore careret, euanuit. Porro ante monetam proboscide & auriculis Aspreolorum aliorumq; animalium, quorum pelles ad nos afferuntur, vtebantur, ijsq; vitę necessaria, ceu peccunia, emebant.

Numerandi ratione ea vtuntur, vt res quascunq; per Sorogk aut Devuenosto hoc est aut quadragesimo aut Nonagesimo numero, quemadmodum nos Centesimo numerant diuiduntq;, Numerantes itaq; subinde repetunt multiplicantq; bis Sorogk, ter Sorogk, quater Sorogk, idest quadraginta, aut bis ter quater Deuenosto hoc est nonaginta: Mille gentili lingua Tissutze, item decẽ millia vna dictione, Tma, viginti millia Dvuetma, Triginta millia Tritma exprimunt.

Numerari

Quisquis merces qualescunq; Moscouiam atulerit eas continuo apud portitores, seu thelonej prefectos, pfiteri ac indicare cogitur, quas hi stata hora conspiciunt æstimantq;, estimatas vero nemo nec vendere nec emere audet, nisi prius fuerint principi indicatæ, Porro princeps si quicquam

emere voluerit tum mercatori interim res suas nec indicare, nec cuiquam licitari eas integrum est, quo fit vt mercatores interdum diutius detineantur

Nec etiam cuiuis Mercatori præter Lithuanos, Polonos aut illorum imperio subiectos Moscovuiam venire liberum est, Nam Sueten Livuonien: et germani ex maritimis ciuitatibus, Novuogardię duntaxat, thurcis vero et Tartaris Chloppigrod oppido, quo nundinarum tempore diuersi homines ex remotissimis locis confluunt, mercaturam exercere ac mercari concessum est, quando vero legati ac oratores Moscovuiam proficiscuntur, tum omnes vndecunq; mercatores in illorum fidem ac protectionem suscepti Moscovuiam & libere & sine portorijs ire possunt ac etiam consueuerunt.

Maior pars mertium sunt Massæ argenteæ Panni.sericum, panni sericei, & aurei, vniones, gemmæ, Aurum filatum, interdum viles etiam quasdam res suo tempore portant, ex quibus non parum lucri referunt, sæpe etiam accidit vt rei alicuius desiderio omnes teneantur, quam qui primus attulerit, plus iusto lucratur, dein cum plures mercatores earundem rerum magnam copiam aduexerint, tanta nonnunquam vilitas consequitur, vt is qui res suas quam plurimo vendiderat, easdem rursus vilescente pretio emat, magnoq; suo commodo in patriam reducat, Merces vero quę inde in germaniam portantur, sunt pelles & cera: In Lithuaniam & thurciam, corium Pelles & albi longi dentes animalium, quæ ipsi Mors appellant, quæq; in mari septentrionali degunt ex quibus manubria pugionum thurci affabre conficere solent, nostrates piscium dentes esse putant & nominant.

In Tartariam vero sellæ, frena, vestes, corium, arma autem & ferrum non nisi furtim aut ex singulari prefectorum permissione exportantur, Ad alia loca intra orientem et septentrionem Panneas tamen & lineas vestes, cultellos secures acus, specula, marsupia aut quid aliud eiusmodi ducunt. Mercantur fallacissime ac dolosissime, nec paucis verbis vt quidam scripserunt, quin dum precium afferunt ac rem minoris, dimidio præcio in fraudem venditoris licentur, mercatores nonnunquam non vno tantum aut altero mense suspensos ac incertos detinent, verum ad extremam desperationem quosdam perducere solent, ceterum qui mores illorum tenet dolosaq; verba, quibus precium rei imminuunt tempusq; extrahunt, non curat, aut dissimulat, Is res suas sine aliquo dispendio vendit.

Ciuis quidam Cracouiensis, ducentos centenarios cupri aduexerat, quos princeps emere voluit & mercatorem tam diu detinuit, vt is tandem fastidio affectus rursus versus patriam cuprum reduceret, porro cum aliquot miliaribus ab vrbe abesset, subordinati quidam illum sequuntur, eiusq; bona ac si portorium non soluisset, inhibent interdicuntq;, Mercator reuersus Moscovuiam apud Consiliarios principis de iniuria sibi illata conqueritur, illi audita causa, mox se vltro constituunt medios, ac negocium sese transacturos, si gratiam petat, pollicentur, mercator callidus qui sciebat principi ignominiosum fore, si eiusmodi merces ex ditione sua reducerentur

cerentur, ac si non reperiretur quispiã qui tantas merces mercari & exoluere posset, non vllam gratiam petit, sed iustitiam sibi administrari postulat tandem cum vident adeo abstinatum vt qui abduci à proposito non posset neq; illorum dolo aut fraudi cedere vellet, cuprũ principis nomine emunt ac persoluto iusto præcio hominem dimittunt.

Externis singulas res carius vendunt, ita vt quæ vno ducato alioqui emunt, ea quinque, octo, Decem, interdum Viginti Ducatis indicant, quamquam ipsi vicissim, aliquando rem raram ab externis decem aut xv Florenis mercentur, quæ vix vnum aut alterum valet florenum.

Porro in contrahendis rebus, Si quid forte dixeris, aut imprudentius promiseris, eorum diligenter meminerunt, præstandaq; vrgent. ipsi vero si quid vicissim promiserint minime præstant, Item quam primum iurare incipiunt aut obtestari, scias illico dolum subesse, animo enim fallendi ac decipiendi iurant, Rogaueram quendam consiliarium principis, vt me in emendis certis pellibus ne deciperer iuuaret, qui vt facile operam mihi suam erat pollicitus ita rursus diutius me suspensum tenuit, voluit proprias mihi obtrudere pelles, ad hæc alij ad illum concurrebant mercatores, præmia pollicentes, si eorum merces bono mihi venderet præcio, ea est enim mercatorum consuetudo, vt in emptione ac venditione medios se constituant, atq; vtriq; partium, acceptis seperatim muneribus, operam suam fidelem polliceantur.

Est ampla et murata domus non longe ab arce, Curia dominorum mercatorum dicta, in qua habitant mercatores, mercesq; suas reponunt, vbi sane, piper, crocus, sericij pañi, & id genus alię merces, longe minoris quàm in germania venduntur, hoc autem tribuendum est, rerum permutationi, nam dum mosci pelles alioqui vili præcio comparatas, plurimi æstimant, externi vicissim forte illorum exemplo, merces suas paruo quoq; emptas, opponunt, cariusq; indicant quo fit, vt vtriq; æquali permutatione rerum facta res præsertim pro pellibus acceptas, mediocri præcio & sine lucro vendere possunt.

Pellium magna est diuersitas, Zebellinorum enim nigredo, longitudo & densitas pilorum, maturitatem arguunt, item si congruo tempore quod in pellibus alijs, pariter obseruatur, capiantur, prę cium augent, citra vstyug & Dvuinam prouinciam rarissime, circa Peczoram vero sæpius & præstantiores reperiuntur.

Zebellinij

Madaurice pelles ex diuersis partibus, ex Sevuera bonę, ex Heluecijs meliores, ex Svuetia vero optimæ afferuntur, illic tamen maior est copia, audiui aliquando Moscovuiæ repertas Zabellinorum pelles, fuisse quarum aliæ xxx. alie vero xx. aureis venditæ sunt, at eiusmodi ego nullas potui videre,

Martamrini

Hermelinorum pelliculę. ex pluribus pariter locis inuersæ afferuntur, quibus

quibus tamen plerisq; emptoribus imponitur, habent signa quædam circa caput & caudam, ex quibus agnoscuntur an congruo tempore sint captæ, nam simul vbi hoc animal captum fuerit, excoriatur, pellisq; inuertitur, ne attritis pilis deterior fiat, si quod non suo tempore captum fuerit: pellisq; ideo bono ac natiuo colore careat, tum ex capite, vt dictum est, & cauda, certos pilos tanquam signa, ne incongruo tempore captum agnoscatur, euellunt extrahuntq;, atq; ita emptores decipiunt, singulæ autem tribus fere quatuorue dengis venduntur, paulo ampliores carent ea albedine, que alioqui pura in minoribus apparet.

Vulpinæ & præsertim nigræ, ex quibus plerumq; tegmina capitis facere solent, plurimi fiunt, decem enim, nonnunq; xv. aureis venduntur. Aspreolorum pelliculæ ex diuersis quoq; partibus afferuntur, ampliores tamen ex Sibier prouincia, nobiliores vero alijs quibuslibet, ex Schuvuaŋ non longe à Cazan, Porro ex Permia Vuiatka, Vstyug, & Vuolochda fasciculis semper. x. numero colligatæ afferuntur, quarum in singulis fasciculis duę sunt optimę quas Litzschna appellant, tres aliquanto deteriores, quas Crasna vocant, quatuor quas Pocrasna, vna & ea quidem vltima Moloischna dicta, omnium est vilissima, harum singulæ vna aut duabus dengis emuntur, ex his meliores & selectas in germaniam & alias prouincias mercatores magno suo commodo portant.

Lyncium pelles, parui, luporum vero ab eo tempore quo in germania ac Moscouia in præcio esse cæperunt plurimi fiunt, luporum præterea terga longe minore, quam apud nos sunt precio.

Castorum pelles apud illos habentur in magno precio, omnesq; iuxta ex his, quod nigro eoq; natiuo sint colore fimbrias vestium habent.

Pellibus domesticorum catorum, mulieres vtuntur, est quoddam animal, quod gentili lingua Pessetz vocant, huius pelle quod plurimum caloris adferre corpori solet, in itinere seu profectionibus vtuntur.

Vectigal seu portorium omnium mercium, quæ vel importantur, vel exportantur in fiscum refertur, de qualibet re, æstimatione vnius Rubli penduntur septem Denge, extra cæram, de qua non solum iuxta æstimationem sed pondus quoq; vectigal exigitur, de quolibet autem pondere quod gentiliter Pud appellant, quatuor Denge penduntur,

De Mercatorum itineribus quibus in importandis ac exportandis mercibus ac diuersas per Moscouiam regiones vtuntur, infra in Chorographia Moscouiæ copiose explicabo.

Vsura communis est, quam licet magnum peccatum esse dicant, ab ea tamen nemo fere abstinet, est autem quodammodo intollerabilis, nimirum de quinq; semper vnum, hoc est de centum viginti, Ecclesiæ micius vt dictum est videntur agere, qui decem pro centum, vt vocant, accipiunt.

NVNCCHOROGRAPHIAM PRINCIPATVS ET DOMINII MAGNI DVCIS MOSCOVVIAE AGGREDIAR, PVNCTO IN MOSCOVVIA PRINcipali Ciuitate constituto, ex qua progressus circumiacentes atq; celebriores duntaxat principatus describam. Etenim in tanta vastitate prouinciarum omnium nomina exacte indagari non potui: quare ciuitatum fluminum, montium quorundamq; locorum celebrium nominibus contentus sit lector.

VRbs Moscouia itaq; Russiæ caput & Metropolis, ipsaq; prouincia, & qui hanc præterlabitur fluuius, vnum idemq; nomen habent, vernaculaq; gentis lingua Mosquua appellantur, Quod nam autem cæteris nomen præbuerit incertum, verisimile tamen est ea à fluuio nomen accepisse, Nam etsi vrbs ipsa olim caput gentis non fuerit. Moscorum tamen nomen veteribus non ignotum fuisse constat. Porro Mosquua fluuius in Tvuerensi prouintia LXX fere supra Mosaisko vuerst, haud procul à loco qui Oleschno dicitur fontes suos habet, indeq; emenso LXXXX vuerst spacio Moscouiam ciuitatem decurrit, receptisq; in se aliquot fluuijs orientem versus Occam fluuium illabitur, cæterum sex supra Mosaisko milliaribus primum nauigabilis esse incipit quo loco materia ad fabricandas domos aliosq; vsus ratibus imposita Moscouiam defertur. Infra autem ciuitatem merces aliaq; quæ ab externis hominibus imporrantur nauibus aduehuntur, Tarda autem in fluuio atq; difficilis propter gyros, seu meandros, quibus multis incuruatur nauigatio est. Præsertim inter Moscouiam & Columnam ciuitatem tribus ab eius ostijs passuum milibus in littore sitam, vbi CCLXX vuerst spacio, flexionibus multis longisq; nauigantium cursum impedit atq; remoratur, fluuius non admodum piscosus vt qui præter viles & vulgares nullos pisces habet, Moscouia quoq; Prouincia, nec lata nimis nec fertilis est, cuius fœcunditati ager vbiq; arenosus, qui mediocri siccitatis aut humiditatis excessu, segetes enecat plurimum obest, Accedit ad hęc immoderata asperaq; nimis aeris intemperies qua hiemis rigore solis calorem superante, fata quandoq; ad maturitatem non perueniunt, Etenim tam intensa ibi nonnũquam sunt frigora, vt quemadmodum æstatis tempore apud nos æstu nimio, sic ibi frigore immenso terra in hiatum discedat, aqua etiam tum in aerem effusa, sputumq; ex ore proiectum, anteaq̃ terram contingat congelantur, Nos ipsi cum anno 1526. eo peruenissemus, ramos fructiferarum arborum, rigore hyemis anni præcedentis prorsus perijsse vidimus, quę eo anno adeo dura fuit, vt com-

plures veredarij, (quos ipsi Gonecz vocant) in vehiculis gelu concreti reperti sunt, fuere qui tum pecora moscovuiam funibus alligata ex proximis pagis ducerent vicꝫ frigoris oppressi, vna cum pecoribus perierunt. Prꝫterea multi circulatores qui cum vrsis, ad choreas edoctis, in illis regionibus vagari solent, tum mortui in vijs reperti sunt. quin & vrsi ipsi fame eos stimulante relictis syluis passim per vicinas villas discurrebant, incꝫ domos irruebant, quorum conspectum atcꝫ vim cum rustica turba fugeret, frigore foris misere peribat, Atcꝫ tanto frigori, æstus quocꝫ nimius quandocꝫ respondet, vt anno Domini 1525. quo immoderato solis ardore, omnia fere sata exusta fuerunt, tantacꝫ annonæ caritas eam siccitatem consecuta est, vt quod tribus antea dengis emebatur id xx aut xxx post emeretur, plurimi pagi & syluæ frumentacꝫ nimio æstu incensa conspiciebantur. Quorum fumus ita Regionem oppleuerat, vt prodeuntium hominum oculi grauiter fumo lederentur, & abscꝫ fumo caligo quedam oboriebatur que multos obcecauerat.

Totam porro regionem non ita diu admodum Syluosam fuisse, ex magnarum arborum truncis qui etiam extant apparet, quæ quamuis agricolarum studio ac opera satis culta sit, ijs tamen, quæ in agris proueniunt exceptis, reliqua omnia ex circumiacentibus prouintijs eo afferuntur, nam frumento quidem oleribuscꝫ communibus abundat, cerasa dulciora, nucescꝫ (auellanis tamen exceptis) in tota Regione non reperiuntur, Aliarū arborum fructus habent quidem, verum insuaues, Melones autem singulari cura ac industria seminant, terram fimo permixtam in areolas quasdam alciores componunt, incꝫ eas semen condunt, hac arte calori ac frigori immoderato æque succurritur, Nam si forte æstus nimius fuerit: rimulas tancꝫ spiracula quedam, ne semen calore nimio suffocetur, per fimum terrę mixtum faciunt, in frigore vero nimio, letaminis calor seminibus recondi-tis præstat auxilium.

Melle moscovuia, ferascꝫ (leporibus tamen exceptis) caret, Animalia nostris longe minora sunt, necꝫ tamen cornibus (vt quidā scripsit) carent. Vidi enim ibi Boues, Vaccas, Capras, arietes, cornuta omnia, iam vero Ciuitas Moscovuia inter alias ciuitates Septentrionales orientem versus, multum porrigitur, quod nobis in profectione nostra, obseruatu haud difficile fuit, Nam cum Vienna egressi, recta Cracouiam atcꝫ inde centum fere ger: miliari: itinere, in septentrionem prꝫgressi fuissemus, itinere tandem in orientem reflexo Moscovuiam si non in Asia tamen in extremis Europæ, qua maxime Asiam contingit finibus sitam peruenimus, De qua re infra in Tanais descriptione plura dicam, Vrbs ipsa lignea est, satiscꝫ ampla, quæ procul etiam amplior quam re ipsa sit apparet, nam horti areæcꝫ in qualibet domo spacioſę magnam ciuitati accessionem faciunt, quam fabrorum, aliorumcꝫ opificum ignē vtenciū, in fine ciuitatis longo ordine protense ædes, inter quas sunt prata & agri, etiam magis adaugent. Porro non procul à ciuitate domunculæ quædam apparent et trans fluuium villę

vbi non

vbi non multis retroactis annis, Basilius princeps satellitibus suis, nouam Nali Ciuitatem. quod eorum lingua infunde sonat, exedificauit, propterea quod cum alijs ruthenis medonem et ceruisiam bibere, exceptis paucis diebus in anno prohibitum sit, hijs solis bibendi potestas à principe sit permissa, atcꝫ eam ob rem ne cæteri illorum conuictu corrumperentur, ab reliquorum consuetudine sunt seiuncti. Haud procul ab vrbe sunt aliquot monasteria, quę vel sola procul spectantibus vna quedam ciuitas esse videntur porro vasta ciuitatis magnitudo facit, vt nullo certo termino contineatur nec muro: fossa, propugnaculis commode sit munita, Plateæ tamen quibusdam in locis trabibus per transuersum ductis, obstruuntur, ad hibitiscꝫ custodibus ad primam noctis facem ita obfirmantur, vt nemini noctu aditus post statam horam illac pateat, post quam, qui deprehensi forte fuerint à custodibus, aut verberantur, spolianturcꝫ aut in carcerem conijciuntur, nisi forte noti honestiꝫ viri fuerint: hi enim à custodibus ad sua deduci solent, atcꝫ tales custodiæ, qua liber in ciuitatem patet aditus. locari solent, nam reliquam vrbis partem mosqua alluit, in quem sub ipsa vrbe Iausa fluuius illabitur, qui ob altas ripas raro videri potest: in hoc molendina complura, in publicum ciuitatis vsum constructa sunt, hiscꝫ fluuijs ciuitas non nihil munita esse videtur, quæ, prꝫter paucas lapideas ędes, templa & monasteria, prorsus lignea est, Aedium in ea vrbe numerum vix credibilem referunt, aiebant enim sexto ante aduentum nostrum in moscouiam anno, principis iussu ædes conscriptas fuisse, eorumcꝫ numerum 41500. superasse, Ciuitas hęc tam lata ac spacioſa, admodum lutosa est, quamobrem in vicis ac plateis alijscꝫ celebrioribus locis pontes passim extructi sunt. Est in ea castrum ex lateribus coctis constructum, quod ab vna parte Mosquua, ab altera Neglima fluuius alluitur. Neglima autem ex paludibus quibusdam manat, qui ante ciuitatem circa superiorem castri partem ita obstruitur, vt in stagni formam exeat, indecꝫ decurrens fossas castri replet, in quibus sunt molendina, tandemcꝫ sub ipso castro vt dixi mosquuæ fluuio iungitur, Castrum autem tanta magnitudine est, vt præter amplissimas ac magnifice extructas ex lapide principis ędes, Metropolitanus Episcopus, item principis fratres, Proceres, alijcꝫ quam plurimi spacioſas in eo ædes ligneas habeant. Ecclesiæ ad hæc in eo multæ vt amplitudine sua ciuitatis propemodum formam referre videatur, Hoc castrum roboribus tantum inicio circumdabatur, arcꝫ ad magni Ducis Ioannis Danielis filij tempora vscꝫ, paruum ac ignobile erat, Is enim Petri Metropolitæ suasu, primus sedem Imperij eo transtulit, nam Petrus amore Alexij eiusdem, qui ibi sepultus claruisse miraculis dicitur, eo loci sedem sibi prius elegerat, eocꝫ mortuo atcꝫ ibidem sepulto, cum ad eius tumulum miracula pariter fierent, locus ipse religionis ac sanctitatis quadam opinione adeo celebris factus est, vt posteri principes omnes Ioannis successores, ibi imperij sui sedem habendam esse duxerint, Nam mortuo Ioanne eiusdem nominis filius sedem ibi retinuit, ac post eum Demetrius, post Demetrium

Basilius, is qui ducta Vuitoldi filia basilium cecum post se reliquit, Ex quo Ioannes eius principis pater apud quem oratorem egi: qui primus castrum muro cingere cæpit natus est, cui operi tricessimo ferme anno post supremam manū eius posteri imposuere, Eius castri procugnacula Basilicę cum principis pallacio ex latere ab hominib⁹ Italis, quos propositis magnis præmijs princeps ex Italia euocauerat, Italico more exstructa sunt, Multæ autem, vt dixi in hoc sunt Ecclesię, ligneę ferme omnes, duabus tamen insignioribus quæ ex lateribus extructæ sunt, exceptis, quarum altera Diuæ virgini altera diuo Michaeli est sacra, In templo diuę virginis sepulta sunt duorum Archiepiscoporū corpora, qui vt principes eo suam Imperij sedem transferrent ibiq; Metropolim constituerēt autores fuere, eamq; maxime ob rem in diuorum numerum sunt relati: In altero templo principes vita defuncti humantur: construebantur nobis præsentibus plura etiam templa ex lapide, Regionis cœlum adeo salubre est, vt ibi vltra Tanais fontes præsertim in septentrionē, ac etiam magna ex parte orientem versus memoria hominum, nulla unq; pestis seuierit, habent tamen interdum intestinorum & capitis morbū quendam pesti haud dissimilem, quem ipsi calorem appellant, eo qui corripiuntur paucis diebus pereunt. Is morbus in moscouia nobis existentib⁹ grassabatur, vnumq; ex familiaribus nostris absumpsit, atq; cum in tam salubri regione degant, si quando in Novuogardia, Smolentzko, & plescouia pestis, seuit, quoslibet illinc ad se venientes regione sua metu contagij, excludunt.

Gens moscouiæ cæteris omnibus astutior, & fallatior esse perhibetur, fluxa imprimis in contractib⁹ fide cuius rei ipsi haud ignari, si quando cum externis comertia habent: quo maiorem fidem obtineant, non moscouitas se, sed aduenas esse simulant.

Longissim⁹ in moscouia dies in solstitio æstiuali XVII horarum cum tribus quartalib⁹ esse dicitur: certam poli eleuationem tum ex nemine potui cognoscere, quamuis quidam LVIII graduum se accepisse incerto tamen autore diceret, Ipse tandem facto per astrolabium periculo, vtcunq; solem nono die Iunij in meridie obseruaui LVIII graduum, Ex qua obseruatione computatione hominum harum rerum peritorum, deprehensum est, altitudinem poli L. graduum esse, longissimum autem diem XVII horarum et vnius quartalis.

Moscouia loco principali descripta, ad reliquas Mag: Ducis moscouiæ subiectas prouincias progrediar, ordine primum orientem versus seruato dein per meridiem & occidentem atq; septentrionem circum euntes recta in orientem equi~~i~~noctialem deueniemus.

Vuolodimeria Ciuitas magna: primum occurrit quę castrum ligneum sibi coniunctum habet: hæc á tempore vuolodimeri, qui postea Basilius dictus est, vsq; ad Ioannem Danielis filium rusiæ metropolis fuit, Est autem inter vuolgam & occam magna duo flumina trigintasex à Moscouia in orientem miliaribus ger: sita, loco adeo fertili, vt ex vno tritici modio sępe XX nonnunq; XXX Modij proueniant, eam Clesma fliu fluuius alluit

cætera syluæ magnę vastęq; cingunt. Clesmę porro quatuor à moscouia miliaribus ger: oritur, multisq; ibi molendinis celebris ac commodus est, qui infra Vuolodimeriam, vsq; ad Murom oppidum in occę littore situm spacio duodecim miliaribus nauigatur, Occæq; flu: iungitur, à Vuolodimeria viginti quatuor miliaribus recta in orientem in vastis syluis principatus olim fuit, cuius populi Muromani uocabantur, animalium pellibus melle & piscibus abundantes.

Novuogardia inferior Ciuitas ampla & lignea cum castro quod Basilius præsens monarcha ad Vuolgæ & Occæ fluuiorum confluxum ex lapide in scopulo exedificauit, aiunt quadraginta milia: ger: eam à Murom abesse in orientem, quod si ita est, centum miliarib: Nouogardia à Moscouia distabit: regio fertilitate rerumq; copia vuolodimeriam æquat, atq; hic christiane religionis hac quidem parte terminus est, nam licet princeps moscouiæ vltra novuogardiam hanc, castrum, cui Sura nomen est, habeat, tamen interiectæ gentes quę Czeremisse appellantur, non christianam sed machumeti sectam sequūtur, porro ibi & alię gentes sunt, Mordvua nomine, Czeremissis permixtæ, quæ cis Wolgam ad Suram, bonam regionis partem occupant, Czeremissę enim vltra Wolgam in septentrione degunt, ad quorum differentiam, qui circa novuogardiam habitant Czeremisse superiores, seu Montani non à montibus quidem, qui ibi nulli sunt, sed à collibus potius quos âccolunt nuncupantur,

Sura fluuius Mosci & Casanensis Regis Dominum diuidit, qui ex meridie veniens viginti octo milia: infra novuogardiam cursu in oriętem flexo Wolgam influit: in quorum confluxu ad alterum littus ijs basilius princeps castrum erexit, idq; à suo nomine Basilovugorod nominauit, quod postea multorum malorū seminarium extitit, haud procul inde est Moscha fluuius, qui & ipse ex meridie profluens Occam supra Murom illabitur, non longe ab oppido Cassimovugorod, quod moscus Tartaris habitandum concessit: horum mulieres arte quadam vngues, decoris causa, nigro colore inficiunt, ac aperto capite, passisq; crinibus perpetuo incedunt, A Moscha fluuio orientem & meridiem versus ingentes occurrunt syluæ, quas Mordvua populi, qui proprio idiomate vtuntur principi moscouię subiecti sunt, inhabitant. Eos quidem idolatras, alij Mahumetanos esse volunt, Hi in pagis passim habitant, agros colunt, victum ex ferina carne & melle habent, pellibus abundant præciosis, duri in primis homines, nam et Tartaros latrocinantes sæpe fortiter à se propulsarunt, pedites fere omnes arcubus oblongis conspicui sagittandiq; peritia præstantes.

Rezan prouintia inter Occam & Tanaim fluuiorum sita, Ciuitatem ligneam non longe à ripa occæ habet, Erat in ea castrum quod laroslavu vocabatur, cuius nunc præter vestigia nihil extat. Haud procul ab ea ciuitate, Occa fluuius insulam facit, quæ Strub dicitur, Magnus olim Ducatus cuius princeps nemini subiectus erat, Columna ex Moscouia inter orientem & meridiem, seu vt alij volunt in orientem hiemalem ciuitas occurrit,

dein Rezan quæ à Moscouia triginta sex milia: ger: distat, Hæc prouintia cæteris omnibus moscouiæ prouintijs fertilior est, in qua vt aiunt singula grana frumenti binas quandoq; pluresue spicas proferunt, quarum culmi tam dense accrescunt, vt nec equi facile transire nec coturnices inde euolare possint, Mellis, piscium, Auium, ferarumq;, ibi magna copia, Arborumq; fructus longe Moscouiæ fructibus nobiliores, gens audacissima bellicosissimaq;.

Ex Moscouia ad hoc vsq; castrum vltraq; spacio XXIIII fere milia: ger: fluit Tanais, loco qui Donco dicitur, vbi mercatores In Asoph, Capham, & Constantinopolim euntes, naues suas onerant, quod plerumq; fit in Autumno pluuiosa amni parte. Nam Tanais ibi alijs anni temporibus non ita aquis abundat vt oneratas naues bene ferre queat, dominabatur Rezan quandoq; Basilius magnus Dux, qui sororem Ioannis Basilij magni Ducis moscouiæ duxerat, ex eaq; Ioannem & Theodorum susceperat: mortuo Basilio, Ioannes filius succedit, qui ex vxore Knes Theodori Babitz filia, Basilium Theodorum et Ioannem filios genuit. ex quibus mortuo patre maximi natu duo filij dum quisq; sibi imperium vendicare nititur, in campis Rezanensibus congressi, armis decertarunt, in qua pugna alter occubuit, nec multo post, qui victor fuerat, in eisdem campis moritur, in cuius rei memoriam, signum crucis ex robore ibi erectum est. Minimus natu qui ex tribus fratribus adhuc supererat, cognita fratrum suorum morte, adiunctis sibi Tartaris principatu pro quo fratres decertauerant, quemq; mater adhuc possidebat, vi potitur, quib⁹ peractis, cum duce moscouiæ agit, vt quemadmodum maiores sui nemini obstricti cum principatum libere tenuissent possedissentq;, ita se quoq; imperare sineret, dum hæc paciscereturad magnum principem delatus est, quod regis taurice quo cum principi bellum erat, filiam vxorem expeteret: quam ob rem cum à principe vocatus fuisset, metu aduentum tardat protrahitq;: tandem à Simeone Crubin vno ex consiliarijs suis persuasus in moscouiam proficiscitur vbi principis iussu captus liberis custodijs mandatur, subinde princeps matre illius eiecta & in monasterium intrusa, castrum cum principatu occupat, & ne aliqua quandoq; secessio Rezanensium fieret, bonam eorum partem perdiuersas distribuit colonias, quare totius principatus vires labefactatę corruerunt. Porro cum Anno Domini 1521 Tartari prope moscouiam castra posuissent, Ioannes per tumultum è custodia elapsus in lithuaniam profugit. vbi etiam tum exulabat.

Tulla oppidum quadraginta fere milia: ger: à rezan distat, a moscouia vero in meridiem triginta sex: est q; vltimum oppidum ad campestria deserta, in quo Basilius Iohannis castrum ex lapide construxit, quod fluit eiusdem nominis præter labitur. Vppa vero alius fluuius ab ortu castrum alluit, tulleq; fluuio iunctus occã supra vuorotinski viginti fere milia: ger: influit, à cuius ostijs haud ita procul Odoyovu castrũ situm est, porro oppidum Tulla etiam basilij tempore proprium principem habebat.

Tanais

Tanais flu: famosis: qui Europam ab Asia disterminat octo ferme à Tulla in meridiẽ milia: non nihil in orientem deflectendo oritur: non ex ripheis montibus, vt quidam prodidere, sed ex Ivuanovuosero, hoc est Ioannis lacu ingenti, qui in longitudine & latitudine circiter 150 vuerst patet inq; silua quam quidam Okonitzki lies Alij Iepiphano vu lies appellant, ortum habet. Ex hoc lacu Schat et Tanais magna duo flumina emergunt: Schat in occidentem vppa fluuio in se recepto occam inter occidentem & septentrionem influit, Tanais autem primo cursu recta in orientem fluit, atq; inter Casan & Astrachan Regna sex vel septem milia: ger: à vuolga fluuio labitur: dein reflexo in meridiem cursu paludes facit quas Meotidis vocant, ad eius porro fontes proxima ciuitas est Tulla, supra ostia vero trib⁹ fere in litore milia: Asoph ciuitas quę prio⁹ Tanas vocabatur, supra hanc quatuor dierum itinere Achas oppidum est, ad eundem fluui: situm, quem rutheni Don appellant, Hunc ab optimorum piscium copia singulari, Item amenitate quod vtraq; fluminis ripa diuersis herbis radicibusq; suauissimis: ad hęc arboribus fructiferis plurimis, varijsq; in modum horti quasi industria quadam exculta atque consita sit, satis laudare non possunt. Et quod tanta ferarum, quæ paruo negotio sagittis conficiuntur ibi sit copia vt per ea loca iter facientes, ad vitam sustentandam nulla alia re igni tantum Saleq; excepto indigeant, In his partibus non miliaria, sed dierum itinera obseruantur, Ego quantum coniectura assequi potui, à fontibus Tanais ad eius ostia usq; terrestri itinere recta eundo sunt octuaginta fere milia: ger: A Donco quo loco Tanaim primum nauigabilem esse dixi vix viginti diebus nauigando peruenitur Asoph ciuitatem Turcis tributariam: quæ quinq;, vt aiunt, dictis ab Istmo tauricæ quem alias Præcop vocant, distat, in ea multarum ex diuersis orbis partibus gentium insigne est Emporium, quo vt omnibus cuiuscunq; nationis sint, liber patet accessus, libera etiam vendendi ~~ememendi~~q; cuilibet datur copia, ita ciuitate: egressis omnibus quidlibet impune facere licet, De Aris autem Alexandri & Cæsaris, quas plerisq; scriptores in his locis fuisse commemorant, vel earum ruinis, nihil certi ex indigenis alijsq; qui ea loca sepissime peragrarunt, cognoscere potui. milites quoq; quos princeps ad tartarorum excursiones explorandas, & coercendas quot annis ibi inpræsidijs habere solet, super hac re à me interrogati, nihil se vnquam tale, vel vidisse vel audiuisse responderunt. Circa ostia tamen minoris Tanais quatuor ab Asoph dietis iuxta locum veliki prevuos ad, S. montes, statuas imaginesq; quasdam marmoreas & lapideas vidisse se non negabant, minor porro Tanais in Sevuerski principatu oritur, vnde Donetz Sevuerski vocatur, tribusq; dietis supra Asoph in Tanaim illabitur, Ceterum qui ex moscouia in Asoph terrestri itinere proficiscuntur, hi Tanai, circa Donco veteri et diruto oppido traiecto, à meridie non nihil in orientem reflectuntur, quo loci si recta ab Tanais ostijs linea ad eius fontes ducatur Moscouiam in Asia non in Europa sitam reperies.

Mſceneck paluſtris locus eſt, in quo olim caſtrum erat cuius etiam num veſtigia extant circa hunc locum ad huc quidam In tuguriolis habitant, qui neceſſitate Imminente in paludes illas ceu caſtrum refugiunt, Ex moſcouuia in Mſceneck meridiem verſus eundo ſexaginta fere milie: ger: ſunt: ex Tulla fere triginta: A Mſceneck decem & octo fere miliaribus ad partē ſiniſtram Occa fluuius oritur: qui primum in orientem, dein in ſepten: poſtremo in orientem (æſtiualem vt ipſi vocant) curſum ſuum dirigit, atq; ita occa, Mſceneck, forma circuli propemodum dimidiati claudit, multaq; ſubinde oppida vuorotin, ſcilicet: Coluga, Cirpach, Corſſira, Columna Rezan, Caſimouugorod & Murom alluit, tandemq; vuolgam infra novuogardiam inferiorem ingreditur, Syluisq; vtrinq; clauditur, quæ melle aſpreolis, hermelis & martibus plurimum abundant, Campi omnes quos alluit fertiliſſimi ſunt, nobiliſſ: in primis piſcium copia fluuius, cuius piſces cæteris Moſcouuiæ fluminibus prę ferunturmaxime qui circa Murom capiuntur, habet præterea piſces quosdam peculiares quos ipſi ſua lingua vocant, Beluga, mire magnitudinis, ſine ſpinis, capite & ore amplo Sterlet Schevuriga Oſſeter: poſtrema tria ſturionum genera: & Bielaribitza, hoc eſt album piſciculū nobiliſſimi ſaporis, horum maximam partem ex vuolga eo deuenire putant, Ex occæ porro fontibus duos alios fluuios oriri aiunt. Sem & Schoſna quorum ſem Sevuera Principatum perfluit, oppidumq; Potivulo ptæter lapſus in Deſna flu: qui Czernigo oppidum interlabitur, atq; infra Chiovuiam in Boriſtenem fertur, influit, Schoſna autem recta in Tanaim defertur.

Corſira in ripa occæ fluminis, oppidum eſt ſex milia: ſupra columnam, habebat aliquando ſui iuris Dominum qui cum ad principem baſilium, tanquam qui in necem eius conſpiraſſet delatus fuiſſet, eamq; ob rem ſub venationis prætextu à principe vocatus fuiſſet, illeq; armatus (nam à quodam ne inermis iret admonitus fuerat) cum ad principem in venatione veniſſet, neq; tum admiſſus eſſet, ſed cum Michaele Georgij principis Secretario ad vicinum oppidum czirpach ire, ibiq; ſe opperiri iuſſus eſſet: vbi à principis Secretario ad bibendum inuitatus, idq; vt ſolet pro principis ſui incolummitate, cum in eas inſidias quas nullo modo euitare poſſet, ſe prolapſum eſſe ſentiret: accerſito ſacerdote hauſtoq; poculo moritur atq; ita nephario hoc facinore baſilius czirpach oppido octo milia: à Corſira ad occam fluuiū ſito, vbi etiam loco plano minerę ferri effodiūtur, potitus eſt.

Coluga oppidum ad occam fluuiū triginta ſex milia: à moſcouuia abeſt quatuordecim à czirpach: Fiunt ibi affabre cælata pocula lignea aliæq; è ligno res ad cultum Domeſticum pertinentes, quæ inde in moſcouuiam Litvuaniam aliasq; circum iacentes regiones paſſim deferuntur, ſolet ibi princeps quotamis præſidia ſua contra incurſiones Tartarorun habere.

Vuorotin Principatus eiusdem nominis ciuitate & caſtro tribus ſupra colugam mili: non procul à littore occæ ſito, nomen habet, hunc principatum Ioannes knes vuorotinſki cognomento poſſidebat, vir bellicoſus ac multorum rerum experientia excellens, quo Duce baſilius princeps preclaras ſepe ex hoſtibus victorias reportauerat, ſed anno 1521 quo tempore Rex tauricę occa traiecto magno exercitu moſcouuiam, vt ſupra dictum eſt inuaſerat: ad eumq; coercendum & reprimendum Demetrius knes Bielski homo Iuuenis cum exercitu a principe miſſus fuiſſet, Iſcq; Ioannis vorotinski aliorumq; ſanis conſilijs neglectis, viſo hoſte turpi ſe fugæ mandaſſet, principeq; poſt tartarorum diſceſſum, de fugæ autoribus diligenter inquirente, Andrea principis fratrę qui reuera eius fugę author fuerat, alijsq; abſolutis, Ioannes Worotinski non ſolum in ſummam venit principis indignationem ſed captus etiam, atq; principatu ſuo exutus eſt, Poſtremo dimiſſus quidem fuit ex cuſtodia, ea tamen conditione, ne moſcouuia vnquam egrederetur, hunc nos quoq; interprimarios viros moſcouuiæ in aula principis vidimus.

Sevuera magnus principatus eſt, cuius caſtrum Novuogrodek haud ita diu Sevuerenſium Principum priusq; hi ab baſilio Principatu exuerent, ſedes erat: eo ex Moſcouuia dextrorſum in meridiē per colugam vorotin, Serenſko et Branſki centum quinquaginta mili: ger: peruenitur: cuius latitudo ad Boriſthenem usq; protenditur, vaſtos deſertoſq; paſſim campos habet, circa Branſki autē Syluam ingentē. Caſtra oppidaq; in eo ſunt complura interq; Starodub, Potivulo, czernigovu, celebriora ſunt, Ager quatenus colitur fertilis eſt Syluæ hermellis Aſpreolis & martibꝰ Melleq; plurimū abundant, Gens propter aſſidua cum tartaris prælia, valde bellicoſa. Ceterū baſilius Iohannis vt alios plerosq; ita hunc quoq; principatū ſibi ſubiecit hoc modo, Erant duo baſilij ex fratribus nepotes, horum alter cognomento Semetzitz caſtrum Novuogrodek, alter vero Staradub ciuitatem tenebat: Pitivulo autē demetriꝰ quidam princeps poſſidebat, porro baſiliū Semetzitz cum ſtrenuus in armis, eamq; ob rem tartaris terrori eſſet, tanta regnandi libido inuaſerat, vt principatum ſolus expeteret, neq; quieuit donec baſilium Staradubſki afflictiſſimū redderet, eoq; depulſo, prouinciam ſuam occuparet, quo electo Demetriū alia via aggreſſus eſt, quem apud principem detulit, tanq; qui animum deficiendi à principe haberet, qua re princeps commotus, Baſilio mandat vti Demetrium, quacunq; arte captum ad ſe moſcouuiam miteret, huius itaq; fraude Demetrius in venatione circumuentus fuit, præmiſerat enim baſilius equites quosdam ad caſtri ſui portas: qui eum fuga euadere conantem exciperent: a quibus tum captus in moſcouuiam deductus atq; in vincula coniectus fuit. Hanc iniuriam filius quem vnicum habebat, Demetrius adeo moleſte tulit, vt ad tartaros confeſtim confugeret vtq; patri illatam iniuriam celerius grauiusq; vlciſceretur, Chriſtiana fide abnegata in Machumeti ritum circumciditur, Interim dum apud Tartaros ageret, accidit, vt puellam quandam venuſtiſſimam deperiret: qua cum alias potiri nō poſſet inuitis eam parentibus clam abduxit, eam rem ſerui qui cum eo circumciſi fuerant, puellę propinquis clam indicarent, à quibus quadam nocte ſubito oppreſſus

oppreſſus cum puella ſagitis conficitur: Baſilius princeps audita filij ipſius Demetrij fuga ad tartaros ſenem arctioribus vinculis conſtringi iubet, qui non multo poſt morte filij apud tartaros cognita carcere mororeq; confectus eodem anno qui à nato chriſto MDXVIIII erat obijt: atq; hæc omnia baſilio Semezitz autore facta ſunt: cuius impulſu antea quoq; princeps & corſiræ Dominum & germanum ſuum fratrem captos in carcere occidit Cæterum quemadmodũ ſæpe fieri ſolet, vt qui alijs inſidias ſtruunt in easdem tandem ipſi incidant: Ita & huic Semezitz contigit: nam ipſe quoq; aput principem defectionis crimine in ſimulatus eſt, eam ob rem cum moſcouiam vocatus fuiſſet, illeq; niſi publicę fidei literę principis & Metropolite iuramento confirmatę, ſibi prius mitterẽtur. eo ſe venturum pernegaret: miſſis acceptisq; ex ſententia literis XVIIII Aprilis MDXXIII anni moſcouiam cum veniſſet, honorifice munerib⁹ etiam oblatis à principe exceptus fuit, ſed paucos poſt dies captus in carcerem conĵcitur, vbi & tunc detinebat: cauſam captiuitatis ſuæ hanc fuiſſe aiunt, quod literas ad regem polonie quibus ſe ad eum deficere velle ſcripſerat: præfecto Chiouiensi miſiſſet, qui reſignatis literis, cum iniquum eius erga principem ſuum animum cognouiſſet, continuo eas principi moſcouiæ miſit, Alĵ vero rationem magis veri ſimilem afferunt, ſolus enim Semetzitz in toto moſci imperio ſupererat qui caſtra et principatus poſſidebat quibus vt facilius hunc eĵceret tuciuſq; imperaret perfidię crimẽ, quo ille è medio tolleretur in illum ex cogitatum eſt, ad quod alludens morio quidam quo tempore Semetzitz moſcouiam ingrediebatur, Scopas et palam circumferens. qui cum interrogaretur, quid ſibi hoc apparatu vellet, Imperium principis nondum prorſus purgatum eſſe reſpondit: nunc vero commodum tempus verendi adeſſe quo feces omnes eĵciendę forent, Hanc prouintiam Iohannes Baſilĵ Alexandri magni Ducis Lithvuaniæ exercitu ad vuedroſch fluu: profligato primus imperio ſuo adiecit: porro Sevuerenſes principes genus ſuum à Demetrio magno Duce moſcouiæ ducunt. Erant Demetrio filĵ tres baſilius, Andreas, & Georgius ex his baſilius natu maximus iuxta patrias leges patri in Regno ſucceſſit, Ex alĵs duobus Andrea videlicet & Georgio ſevuerenſes principes generis ſui originem traxerunt.

Chiouna

Czernigovu triginta milia: à Chiovuia totidem vero a Potivulo abeſt Potivulo vero diſtat à moſcouia centũ quadraginta milia: ger: à Chiovuia Sexaginta: à Branſki triginta octo: Hæc vltra ſyluam magnam quæ viginti quatuor milia: in latitudinem protenditur ſita eſt.

Sowuogrodeck ſna fl

Novuogrodeek decem octo milia: diſtat à Potivulo: à Staradub quatuordecim: Staradub à Potivulo triginta duobus miliaribus.

Euntibus ex Potivulo in Tauricam per ſolitudinem fluuĵ Sna: Samara: & Ariel occurrunt, ex quibus poſteriores duo laciores profundioresq; ſunt, in quibus traĵciendis dum viatores diucius nonnunq; detinentur à tartaris ſepe circumueniuntur, capiunturq;, poſt hos koinska vuoda: & Moloſcha

koinska woda

Moloſcha fluuĵ occurrunt, quos nouo quodam traiectionis genere ſuperant, reſectas arbuſculas in faſces colligant, quibus ſe ſuaq; imponunt, atq; ita remigantes ſecundo fluuio in alterum littus deferuntur, alĵ huiuſmodi faſces equorum caudis alligant, qui flagris impulſi, natantes in vlterius littus, homines ſecum trahunt, tranſferuntq;. Troiſtno fl.

Vgra fluuius profundus & lutoſus, non longe à Drogobuſch in ſylua quadam oritur interq; colugam et vuorotin in occam exoneratur, Is fluu: olim Lithuaniam à moſcouia diuidebat. vgra fl

Demetriovuitz oppidum & caſtrum inter meridiem & occidentem decem & octo milia: abeſt à viesma à vuorotim circiter viginti.

Smoleutzko ciuitas Epiſcopalis ad Boriſthenem flu: ſita caſtrum in vlteriore fluminis littore orientem verſus habet: roboribus conſtructum quod plurimas domos in ciuitatis formam complectitur, Hoc quã in collem porrigitur (nam parte alia Boriſthene alluitur) foſſis ad hec ſtipitibus acutis quibus hoſtium incurſus arcetur munitum: Baſilius Iohannis ſæpius grauiſſime oppugnauit nunquam tamen illud vi capere potuit, At poſtremo militum prefectiq; cuiuſdam Bohemi de quo ſupra in hiſtoria Michaelis Lynski dictum proditione eo potitus eſt: Ciuitas in valle ſita colles circumquaq; fertiles habet ſyluiſq; vaſtiſſi: cingitur, ex quibus pellium diuerſarum ferarum magnus prouentus. Templum in caſtro diuę virgini ſacrum alia vero ædifitia lignea: In ciuitatis ſuburbio monaſteriorum e lapidibus conſtructorum ruine, complures videntur. Ex moſcouia porro ad Smolentzkum inter meridiem & occidentem euntibus decem & octo mili: itinere Moſaisko primum occurrit: inde viginti ſex vuieſma: poſt decẽ & octo Drogobuſch atq; inde totidem in Smolentzko peruenimus: totumq; hoc iter octuaginta milia: ger: conſtat Quamvis Lituani & moſcouitæ centum computent. Ego tamen ter loca illa peragraui, non plura ~~monagiata milia~~: obſeruaui: Hunc principatum baſilio imperante vuiltoldus magnus Dux lithvuaniæ Moſcis Anno 1413 ademerat: Eundem baſilius Ioannis Anno 1514 die xxx Iulĵ Sigismundo Regi Poloniæ eripuit. Smolentzko Moſaisko vmieſma Drogobuſch

Drogobuſch et Vuieſma caſtra et oppida lignea ſunt, ad Boriſtenem ſita quæ olim ſub Dominio principum Lithvuaniæ erant, Eſt ſub oppido Vuieſma eiusdem nominis fluuius, qui haud procul inde duobus videlicet vueſt in Boriſthenem fertur: ſolentq; oneratæ mercibus nãues inde Boriſthenem deuehi, atq; poſt viciſſim aduerſo Boriſthene, vuiesmam vſq; portari.

Moſaiſko quoq; caſtrum & oppidum ligneum circa quod magna diuerſicolorum copia leporum eſt: ſoletq; princeps quotannis venationes ſuas ibi habere, atq; nonnunq; diuerſorum principum oratores audire, ſicuti nobis in moſcouia exiſtentib⁹ Lithvuanos oratores audiuit, nosq; eo pariter ex moſcouia accerſitos, vbi mandatis principum noſtrorum confectis dimiſſi fuimus, Porro imperium principũ moſcouiæ tempore vuitoldi

vuitoldi quinq; aut ſex mili: vltra Moſaisko protendebatur.

Biela principatus cum caſtro & ciuitate eiusdem nominis ad fluuium Opſcha in vaſtis Syluis ſexaginta mil: ger: magis in occidentem à moſcovuia diſtat: A Smolentzko triginta ſex à Toropetz triginta: huius olim principes ex Gidemino oriundi erant, ſed Caſimiro Rege poloniæ imperante Iagellonis filij hnnc principatum obtinebant, quo tempore baſilius princeps Biele, qui alias bielski appellatur ad ioannem patrem baſilij defecit, ſe ſuaq; illi ſubdidit: vxoreq; ſua in eo motu in lithvuania relicta aliam vt ſupra dictū eſt in moſcovuia duxit: ex qua tres ſuſcepit filios, quos nos apud principem vidimus e quorum numero Demetrius propter patris ſui authoritatem in magno præcio honoreq; habebatur, Porro hi tres fratres quamuis ex bielski paterna hæreditate viuebant, eiusq; annuis reditibus alebantur eo tamen ire non audebant: nam moſcouiæ princeps bielski principatum illis ademit titulumq; ſibi vſurpabat.

Rsovua Demetrij, ciuitas cum caſtro recta in occidentem viginti tribus miliaribus abeſt à moſcovuia: caſtrum a quo princeps titulum ſibi vſurpat, ad fluuium vuolga ſitum eſt habetq; latiſſimam ditionem: Eſt & alia Rſovua centum quadraginta milia: à moſcovuia, à vuelikiluki viginti, totidem à Pleſcovuia, quæ deſerta appellatur, vltra Rſovuam Demetrij per certa mili: progrediendo in occidentem, eſt ſylua Vuolkonzki dicta, ex qua quatuor fluuij oriuntur, In ea ſylua eſt palus quæ Fronovuo vocatur, ex qua fluuius non ita magnus duob: fere milia: in lacum quendam vuolgo influit vnde rurſus aquarum multitudine adaucto emergit, Wolgaq; ſumpta à lacu nomine vocatur, qui multis paludibus emenſis multis etiam fluminibus in ſe receptis viginti quinq; vel vt alij volunt ſeptuaginta oſtijs in mare Caſpium à Ruthenis Chvualinſko morie appellatum & non in pontum vt quidam ſcripſit exoneratur. Porro Vuolga à Tartaris Edel à Ptolomeo Rha vocatur, tantaq; inter hunc et Tanaim in campeſtribus eſt vicinitas, vt ſeptem duntaxat mili: aiunt diſtare. Quas autem ciuitates et Oppida præterlabatur ſuo loco referemus, In eadem ſylua decem fere à palude fronovuo mil: eſt Dnyeperſko pagus circa quem oritur Boriſthenes qui ab Incolis Dnieper vocatur, quem nunc Boriſthenem dicimus, haud procul ab eo loco eſt Monaſterium S. Trinitatis vbi oritur alius fluuius priore maior Niepretz p diminutionem dictus, ambo autem hi fluuij inter fontes Boriſthenis & paludem fronovuo confluunt, quo loco Moſcovuitarum & Chloppienſium merces nauibus impoſitæ in Lithuaniam deferuntur, ſolentq; mercatores ibi in monaſterium ceu diuerſorium diuerti: Porro quod Rha et Boriſthenes non ex ijsdem fontibus iuxta quorundam opinionem oriantur, cum ex alijs tum ex complurium mercatorum certa relatione, qui in illis partibus rem fecerunt, compertum habeo, Boriſthenis autem curſus hic eſt, vt primum viesmam meridiem verſus alluat mox reflexo in orientem curſu. Oppida Drogobuſch, Smolenczko, orſcham, & mogilef præterlabatur, indeq; rurſus in meridiem

tendens

tendens Chiovuiam Circaſſos & otzakovu contingit, vbi deinceps in pontum exoneratur, videtur eo loco Mare formam lacus habere & otzakovu quaſi in Angulo eſt ad oſtia Boriſthenis Nos enim Ex orſchain Smolentzko venimus vbi impedimenta noſtra nauibus vſq; vieſmam deduximus, et tantum inundabat vt monachus comitem nugarolis & meſcapha piſcatoria per ſyluas longe deuexit, Equi vero natando pluries ſuperarunt itinera.

Dvuina lacus à fontibus Boriſthenis decem fere mili: & totidem à palude fronovuo diſtat, ex eo fluuius eiusdem nominis verſus occidentem, qui à Vuilna viginti mil: abeſt ac dein in ſeptentrionem decurrit, & prope Rigam metropolim Livuoniæ mare germanicum (quod Rutheni vuareczkoie morie vocant) illabitur, alluit vuitepsko, Polotzko, Dunenburg & non perfluit Pleſcovuiam vt quidam ſcripſit, Livuonienſes hunc fluuium ex bona parte nauigabilem, Duna appellant.

Lovuat quartus fluuius cæteris tribus minime comparandus, oritur inter lacum Dvuina & paludem fronovuo aut ex ipſa palude, non potui equidem eius fontes, etſi haud procul à Boriſthenis fontibus diſtant, prorſus explorare. Eſt autem ille fluuius, vt eorum annales habent, in quem. S. Andreas apoſtolus ex Boriſthene per ſicum nauiculam traduxit, & qui emenſis quadraginta fere milia: Welikiluki alluit, inq; Ilmen lacum influit.

Vuolock Ciuitas & Caſtrum in occidentem æquinoctialem viginti quatuor mili: diſtat à Moſcovuia, à moſaisko duodecim fere, a Tvuer viginti, Huius loci titulum Princeps ſibi vſurpat, ſoletq; quotannis ibi animum falconibus lepores inſectando relaxare.

Vuelikiluki caſtrum et ciuitas in occidentem a moſcovuia centum quadraginta mili: à Novuogardia magna ſexaginta fere, à Poloczko autem triginta ſex mil: diſtat, hac etiam itur ex moſcovuia in Lithvuaniam.

Toropecz eſt Caſtrum cum ciuitate inter Vuelikiluki & Smolenczko ad confinia Lithvuaniæ, diſtat à Luki decem & octo fere milia:

Tvuer ſiue Otvuer amplis: olim dicio: vna ex magnis Ruſsiæ principatibus ad Vuolgam flu: ſita, triginta ſex miliaribus occidentem æſtiualem verſus diſtat à moſcovuia, habetq; ciuitatem magnam quam vuolga inter, fluit, in altera autem ripa qua Tvuer moſcovuiam ſpectat, caſtrum habet ex cuius opposito, Tvuertza fluuius Volgam influit, quo eqidem in Otvuer nauigio perueni, & altero die Rha flu: nauigaui. Porro ciuitas hæc Epiſcopalis ſedes erat, viuente Ioanne baſilij patre, quo tempore Tvuerenſem principatum magnus dux Boris moderebatur, Cuius poſtea filiam Mariam Princeps Moſcovuiæ Ioannes baſilij vxorem duxerat, ex eaq; Ioannem primogenitum, vt ſupra dictū, ſuſceperat. Boris autem moritur. Michael filius ſucceſſit, qui poſtea a ſororio ſuo Mag: Du: Moſcovuiæ Principatu depulſus, exul in Lithvuania moritur.

Terſack Oppidum decem mil: à Tvuer, eius dimidia pars ſub Novuogardiæ, altera Tvueren zi dominio erat, duoq; ibi locumtenentes impe-

 rabant

rabant. Oriuntur ibi quoq́, vt ſupra dixi, duo fluuij Tvuertz a & Sna, hic Novuogardiam in occidentem, ille in orientem decurrit, illic fui die paſce prima legacoñ.

Lumgorodna

Gorod
Vuolchovuſſ

Novuogardia megna ampliſſimus totius Ruſsię principatus eſt, patrio ſermone Novuigorod, quaſi Noua Ciuitas ſeu nouum caſtrum dicitur: Quicquid enim Muro cinctum, roboribus munitum aut alioqui ſeptum eſt, Gorod appellant. Eſt autem ampla ciuitas quam Vuolchovu fluuius nauigabilis interfluit, qui ex Ilmen lacu vix duobus vueſt ſupra ciuitatem emergens, in lacum Neoa, quem nunc Ladoga, ab oppido quod ei adiacet appellant, illabitur, Novuogardia porro in occidentem æſtiualem à Moſcovuia centum viginti miliaribus abeſt, quanq́ ſunt qui centum duntaxat computant. a Pleſcovuia triginta ſex, a Vuelikiluki quadraginta, ab Ivuanovugorod totidem. Cæterum ciuitas hæc olim dum floreret, ſuiq́ iuris eſſet, latiſſimam ditionem in quinq́ partes diſtributam habebat, quorum quelibet pars non ſolum de publicis ac priuatis rtbus cognoſcendis ad ordinarium ac competentem ſuæ partis magiſtratum referebat, verum in ſua dumtaxat Ciuitatis regione contrahere res quascunq́ accommode cum alijs Ciuibus ſuis conficere poterat, nec licebat cuiq́ ad aliquem alium eiuſdem ciuitatis magiſtratum quacunq́ in re prouocare, eoq́ tempore totius Ruſsiæ maximum ibi erat emporium, ingens enim mercatorum turba vndiq́ ex Lithvuania, Polonia, Svuetia, Dania, ipſaq́ germania eo confluebat, ciuesq́ ex tam frequenti multarum gentium concurſu, opes ſuas copiasq́ augebant, Quin & noſtra tempeſtate, licet germanis ſuos ibi habere queſtores, ſeu rationarios Imperium eius magna ex parte in orientem et ſeptentrionem extenditur, Livuoniam, Finlandiam atq́ Nordvuegiam fere contingebat. Eius loci mercatores, cum vno eodemq́ vehiculo Auguſta vindelicorum profectus eò peruenisſem, me impenſe rogarunt, vt vehiculum quo tam longum iter emenſus fuiſſem, in æde ipſorum ſacra perpetue memorie ergo relinquerem, Habuit etiam Novuogardia Principatus ad orientem Dvuinam & Vuolochdam, ad meridiem vero dimidiam partem Terſak Oppidi, non longe à Tvueria. Et quamuis hæ prouinciæ quod fluuijs paludibus oppleantur, ſteriles ſint commodeq́ habitari non poſſunt, nihilominus ex ferarum pellibus, melle, cera, & piſcium copia magnum quæſtum faciunt, Principes porro qui ipſorum reipub: præeſſent, ſuo arbitrio ac voluntate conſtituebant imperiumq́ augebant, vicinas gentes quauis ſibi ratione deuinciendo, ſtipendio tanquam autoramento quodam propoſito in ſui defenſionem obſtringentes, ex eiuſmodi gentium, quarum opera Novuogrodeñ in conſeruanda rep: ſua vtebantur ſotietate factum eſt, vt Moſci ſuos ſe ibi preſides habere gloriarentur Litvuaniq́ viciſſim eos ſibi tributarios aſſererent. Hunc principatum dum Archiepiſcopus ipſe conſilio ac autoritate ſua ad miniſtraret, Iohannes baſilij moſcovuiæ dux inuaſerat ſeptem perpetuos annos graui eos bello premens, tandem menſe Nouembri Anno Domini 1477. ad fluuium

fluuium Scholona conflictu Novuogradeñ: ſuperans, certis quibusdam conditionibus ad deditionem eos compulit, prefectumq́ ſuo nomine vrbi impoſuit, cum autem abſolutum in hoſce imperium nondum ſe habere putaret, neq́ ſine armis id ſe aſſequi poſſe cerneret, ſub religionis pretextu, ac ſi a Rhutenico ritu deficere volentes in fide contineret. Novuogardiam venit, eamq́ hac ſimulatione occupauit, inq́ ſeruitutẽ redegit, Archiepiſcopum, Ciues, Mercatores, externos omnibus bonis ſpoliauit, Trecentoſq́ currus inde auro argento gemmisq́ onuſtos vt quidam ſcripſere, moſcovuiam abduxit, equidem Moſcovuiæ diligenter de hac re percontabar accepiq́ longe plures currus præda onuſtos inde abductos fuiſſe. Neq́ mirum, nam capta ciuitate, Archiepiſcopum ditiores & potiores omnes ſecum moſcovuiam abduxerat, inq́ horum poſſeſſiones, ſubditos ſuos quaſi nouas colonias remiſerat, ex illorum itaq́ poſſeſſionibus preter communes redditus maximum quotannis vectigal in fiſcum percipit, De Archiepiſcopatus quoq́ prouentibus cuidam Epiſcopo tum à ſe cõſtituto paruam duntaxat reddituum portionem conceſſerat, quo mortuo ſedes Epiſcopalis diu vacabat tandem ad maximam ciuium ac ſubditorum petitionem, ne perpetuo epiſcopo carerent rurſus quendam nobis tum præſentibus inſtituerat.

Iohañ Perun

Novuogradenſes olim Idolum quoddam nomine Perun eo loci quo nunc eſt Monaſterium, quod ab eodem Idolo Perunzki appellatur, collocatum in primis colebant, venerabanturq́, dein Baptiſmate aſſumpto, id loco motum, cum in flumen vuolchovu deiecisſent, aduerſo dicitur fluuio nataſſe, & circa pontem auditam fuiſſe vocem, Hæc vobis Novuogradeñ in mei memoriam, ſimulq́ cum dicto fuſtem quendam mox in pontem proiectum fuiſſe, ſolet etiamnum contingere, vt certis anni diebus hec vox Perun audiatur, qua audita ſubito eius loci ciues concurrunt, ſeq́ fuſtibus mutuo cędunt, tantusq́ inde tumultus quoq́ oboritur, vt vix magno præfecti labore ſedari poſſit, Accidit præterea vt annales eorum referunt, dum Novuogradeñ Corſun grętie ciuitatem ad ſeptem perpetuos annos graui obſidione premerent, Interim vxores eorum more perteſę tum etiam de ſalute ac aduentu maritorum dubitantes, ſeruis nuberent, Expugnata tandem ciuitate quum victores mariti ex bello reuerſi, æreas portas, ſuperatę vrbis ac magnam quandam Campanam, quam ipſi in cathedrali eorum eccleſia vidimus, ſecum attuliſſent, ſerui Dominos quorum vxores duxerant vi repellere conarentur, domini indignitate rei commoti, depoſitis, cuiusdam conſilio, armis lora & fuſtes tanquam in mancipia arriperent, quibus ſerui territi inq́ fugam conuerſi, loco quodam qui etiamnum Chloppigrod, hoc eſt Seruorum Caſtrum, dicitur, ſe reciperent defenderentq́, verum victi, meritis à dominis ſupplicijs affecti fuere, Habet Novuogardia in ſolſtitio æſtiuali longiſſimum diem XVIII horarum & vltra Regio multo frigidior eſt ipſa moſcovuia, gentem quoq́ humaniſs: ac honeſtam habebat, Sed quę nunc procul dubio, peſte moſcovuitica, quam

Corſun Grętie Ciu obſeſſa

Chloppigrod

Dies XVIII horę

eó commeantes moſci ſecum inuexerunt, corruptiſſima eſt.

Ilmen lacus, qui in antiquis Ruthenorum ſcriptis Ilmer vocatur, & quem alij Limidis lacum appellant, eſt ſupra Novuogardiam duobus vuerſt, in longitudinem XII. in latitudinem vero VIII. mili: germanicis patet, duoſcꝫ pręter alios celebriores fluuios excipit, Louat & Scholona, ijs ex quodà lacu emergit, Vnum vero emittit Vuolchovu, qui Novuogardiam interlabitur, emenſiſcꝫ triginta ſex mili: Ladoga lacum ingreditur, ijs in latitudinem ſexaginta, longitudinem centum fere mili: Inſulis tamen quibuſdam interiectis patet, effunditcꝫ magnum fluuium Neoa, qui occidentem verſus in germanicum mare ſex fere mili: decurrit, ad cuius oſtia ſub dominio moſci in medio flumine ſitum eſt caſtrum Oreſchack, quod germani Nutenburg appellant.

Ruſs, olim antiqua Ruſsia dicta, antiquum oppidulum eſt, ſub dicione novuogardiæ à qua duodecim, ab Ilmen vero lacu tredecim mili: diſtat, habet Salſum fluuium quem ampla foſſa in modum lacus ciues coercent, indecꝫ aquã per canales pro ſe quiſcꝫ in ædes ſuas deriuant, ſalcꝫ coquũt.

Ivuanovugorod caſtrum Ioannes Baſilij à quo etiam nomen accepit ad ripam Narvuæ fluuij lapide exędificauit, Eſt ibi quocꝫ ex aduerſo in altera ripa Livuonienſium caſtrum quod ab eodem fluuio Narvua appellatur. Hæc duo caſtra Narvua fluuius interlabitur, dominiumcꝫ novuogradeñ ab Livuonieñ. diuidit. Porro Narvua flu: nauigabilis ex eo lacu quem rutheni Czutzko ſeu Czudin, latini bicis ſeu pelas, germanij vero Peipſues appellant, emergit, duobuscꝫ in ſe receptis fluuijs Pleſcovuia & Vuelikareca qui venit ex meridie: Opotzkacꝫ oppidum Pleſcovuia à dexteris relicta præterfluit, facilis autem ex Pleſcovuia in mare Baltheum eſſet nauigatio, niſi ſcopuli quidam non longe ab Ivuanovugorod & Narvua impedimento eſſent.

Pleſcovuia ciuitas ad lacũ ſita eſt, ex quo eiuſdem nominis fluuius emergit, ac p mediam ciuitatem decurrit ſex mil: in lacũ quem rutheni Czutzko vocant, exoneratur, ſola autem Pleſcovuia in toto moſci dominio muro cingitur. Eſtcꝫ in quatuor partes diuiſa, quarum ſingulę ſuis męnibus continentur, quæ res quibusdam occaſionem erroris prębuit, vt eam quadruplici muro cinctam eſſe dicerent. Huiꝰ Ciuitatis dicio, ſeu principatus gentiliter Pskovu, ſeu obſkovu vocat, olim ampliſſ: ſuicꝫ iuris erat, ſed eam tandem Ioannes Baſilij Anno domini M. D. IX. quorundam Sacerdotum prodicione occupauit, atcꝫ in ſeruitutem redegit, item Campanã ad cuius pulſum ſenatus ad remp: conſtituendam cogebatur, abſtulit ipſiſcꝫ p colonias alio deductis introductiſcꝫ in eorum locum moſcis libertatem eorum prorſus imminuit, vnde factũ, vt pro cultioribus atcꝫ adeo humanioribus Pleſcovuieñ. moribus corruptiores in omnibus fere rebꝰ Moſcovuienſiũ mores ſunt introducti, Tanta enim in contractibus Pleſcovuieñ, erat integritas candor, & ſimplicitas, vt omni verboſitate in fraudem emptoris omiſſa, vno tantũ verbo res ipſas indicarent, Pleſcovuieñ, autem, vt etiam

hoc

hoc obiter adijciam in hunc vſcꝫ diem Cæſarie non ruthenorum ſed Polonorum more, Bifurcata vtuntur, diſtat autem Pleſcovuia in occidentem triginta ſex mili: à Novuogardia Ab Ivuanovugorod quadraginta, totidem à Vuelikiluki, per hanc quocꝫ ciuitatem ex Moſcovuia & Novuogardia itur Rigam Livuoniæ Metropolim quæ ſexaginta mili: à Pleſcovuia diſtat.

Vuotzka Regio inter occidentem & Septentrionem ſita viginti ſex aut ad ſummum triginta mili: abeſt à Novuogardia, incꝫ ſiniſtra caſtrum Ivuanovugorod relinquit, in hac regione hoc prodigij loco refertur, animalia cuiuscunꝫ generis in eam inducta fuerint, colorem ſuum in albedinem mutare, locus hic poſtulare videtur, vt rationem locorum & fluuiorum circa mare vſcꝫ fines Svueciæ perſtringam, Nervua fluu: quemadmodum ſupra dixi, Livuoniam à moſci dicione diuidit, à quo ſi ab Ivuanogorod ſecundum littus maris, ſeptentrionem verſus progrediare, Pluſsa fluuius occurrit, ad cuius oſtia lamma caſtrum ſitum eſt, duodecim mili: ab Ivuanovugorod: A lamma totidem ſpacio quatuor mili: occurrit caſtrum & fluuius eiusdem nominis Coporoia, inde ad flu: Neoa & caſtrũ Oreſchack ſex mili: numerãtur, ab Oreſchack vero ad fluu: Corela vnde Ciuitas nomen accepit ſunt ſeptem mili: Atcꝫ inde tandem itinere duodecim mil: peruenitur ad fluuium Polna, qui dominium moſci à Finlandia quam rutheni Chainſka Semla vocant, quæ ſubdicione Regum Svuetiæ eſt, diuidit.

Eſt & alia Corela præter iam nominatam, prouincia, quæ ſuum Territorium atcꝫ Idioma habet, ſexaginta fere & amplius mili: à Novuogardia in Septentrionem ſita, quamuis à finitimis quibusdam gentibus tributum exigit, nihilominus & ipſa Regi Svuetiæ item & Moſco ratione dominij Novuogradeñ tributaria eſt.

Solovuki inſula in Septentrionem inter Dvuinam & Corelam prouinciam à continenti octo mil: in mari ſita eſt, quæ quantum à Moſcovuia diſtet propter crebras paludes ſyluas et Vaſtas ſolitudines, certa interualli ratio non habetur, quamuis ſint qui eam 300. mili: à Moſcovuia, à Bieloyeſero autem 200. abeſſe dicant, ſal in ea inſula copioſus decoquitur, Eſtcꝫ ibi Monaſterium in quod mulierem aut virginem ingredi grande piaculum eſt, Eſt etiam ibi piſcatio copioſa piſcium, quos indigene Selgi vocant, quos nos haleces eſſe putamus, aiunt hic ſolem æſtiuali ſolſticio perpetuo, duabus tantum horis exceptis, ſplendere.

Dimitriovu ciuitas cum caſtro à moſcovuia ab occidente in Septentrionem parum deflectendo duodecim mili: diſtat, Hanc Georgius magni Ducis frater, tunc poſſidebat, eam lachroma flu: qui Seſt fluuium influit, præterlabitur. Porro Seſt Dubnam, qui in vuolgam exoneratur, excipit, vnde tanta fluuiorum commoditate, magnæ ibi Mercatorum opes, qui merces ex Caſpio mari per vuolgam labore nõ ita magno in diuerſas partes atcꝫ adeo Moſcovuiam vſcꝫ inducunt.

Bieloyesero

Bieloyesero ciuitas cum castro ad lacum eiusdem nominis sita est, sonat autem ruthenis Bieloyesero, albus lacus. Porro ciuitas non est in ipso lacu sita, vt quidam retulerunt, paludibus tamen ita vndequaq; cingitur vt in expugnabilis esse videatur, qua re ducti principes moscouiæ Thesauros ibi suos recondere solēt. Abest autem Bieloyesero in septentrionem centum mil: à Moscouia, totidemq; à Novuogardia magna, duæ vero viæ sunt per quas ex moscouia itur Bieloyesero, Altera propinquior per vglitz hiemali tempore, Aestate per laroslavu altera, vtraq; autem via propter crebras paludes & syluas, fluuijs obsitas haud commode, nisi stratis pontibus & concretis glacie conficitur, quo fit vt ibi locorum, difficultate miliaria sunt breuiora. Accedit ad hanc itineris difficultatem, vt propter crebras paludes syluas, ac vndiq; concurrentes fluuios, loca inculta sint, nullisq; ciuitatibus frequentata, Lacus ipse duodecim mil: in longitudinem totidemq; in latitudinem patet, in quem trecenti, vt fertur, & sexaginta fluuij exonerantur, vnus autem Schocksna tantum ex eo emergit, qui quindecim mil: supra laroslavu & quatuor infra Mologam oppida, Vuolgam influit. Pisces qui ex vuolga in hunc fluuium ac lacum perueniunt meliores fiunt, Imo tanto nobiliores quanto diucius in eo fuerint reddantur, in quibus agnoscendis ea est piscatorum peritia, vt pisces in vuolgam reuersos captosq;, quanto tempore in eo fuerint agnoscant. Huius loci indigenæ proprium habent Idioma, quamuis nunc ferme omnes ruthenice loquantur, longissimum hij diem in Solstitio æstiuali dicuntur habere, decem & nouem horarum. Retulit nobis quidam haud parui nominis vir, se primo fere cum arbores iam frondescerent celeri cursu ex Moscouia Bieloyeserū contendisse, superatoq; vuolga fluuio reliquum itineris, quod omnia ibi niuibus glacieq; oppleta essent, vehiculis confeciſſe, Et quamquam longior ibi hyems sit, fruges tamen eo quo in Moscouia tempore & matureſcunt & colligūtur. A lacu Bieloyesero intra teli iactum est alius lacus Sulphur proferens, quod fluuius quidam ex eo manans, ceu spumas supernatantes affatim secum defert. Inscicia tamen populi eius ibi nullus vsus est.

Vglitz ciuitas cum castro ad littus Vuolgæ sita est, distatq; à Moscouia viginti quatuor, à laroslavu triginta, à Tvuer quadraginta mil: Ceterum hæc prædicta castra sunt in meridionali Vuolgæ ripa, ciuitas vero ex vtraq; parte.

Chloppigrod locus, in quem Novuogradensium seruos confugisse supra dixi, duobus mil: distat ab Vglitz, haud procul inde castrum nunc demolitum conspicitur ad flu: Mologa, qui ex Novuogardia magna octuaginta mil: fluens, Vuolgam ingreditur, in cuius ostijs est eiusdem nominis ciuitas & castrum, à quo duob: mil: in eiusdem fluminis ripa Chloppigrod Ecclesia tantum sita est, eo loci Nundinæ in toto Mosci Dominio, quarum etiam alias memini sunt frequentissimæ, eò etenim præter Svuetenses Livuonienses atq; Moscouitas: Tartari aliiq; quam plurimę gentes ex orientalibus septentrionalibusq; partibus confluunt, quæ rerum tantum permutatione vtuntur, rarus enim ac ferme nullus apud has gentes est, auri argentiue vsus, vestes factas, acus, cultellos, coclearia, secures, alijsq; eiusmodi vt plurimum pellibus permutant.

Pereaslavu Ciuitas & Castrum à septentrione aliquantum vergens in orientem viginti quatuor mil: abest à Moscouia sita est ad lacum, in quo vt in Insula Solovuki selgi pisciculi, quorum supra memini capiuntur, Ager satis fertilis est & copiosus, in quo perceptis frugibus princeps venatione tempus fallere solet, Est in eodem agro lacus ex quo sal decoquitur, per hanc ciuitatem proficiscuntur, quibus Novuogardiam inferiorem, Castroma, laroslavu, & Vglitz eundum est, in his partibus vera itinerum ratio propter crebras paludes & syluas haberi non potest, est etiam ibi Nerel fluuius ex lacu quodam profluens, qui supra Vglitz vuolgam influit.

Rostovu ciuitas & castrum Archiepiscopalis sedes, cum Bieloyesero & Murom, inter præcipuos & antiquiores Russiæ principatus, post Novuogardiam magnam habetur, eò ex Moscouia, recta per Pereaslavu itur, à qua decem mil: distat, sita est ad lacum ex quo Cotoroa fluu: qui laroslavu præterlabitur emergit, Vuolgamq; influit, soli natura fertilis est, piscibus inprimis ac sale abundans, Regio hæc olim secundo genitis magnorum ducum Russiæ propria erat, quorum posteri nouissime per Ioannem basilij patrem ea depulsi exutiq; sunt.

Laroslavu ciuitas & castrum ad ripam Vuolgæ, distat à Rostovu duodecim recta itinere ex Moscouia sumpto, Regio satis fertilis est, ea presertim parte, qua vergit ad Vuolgam, quæ etiam quemadmodum Rostovu secundo genitorum principum erat, quas monarcha ipse vi oppressit, & quamquam prouinciæ duces, quos Knesos appellant, adhuc super sint. Titulum tamen Princeps Knesis velut subditis regione concessa sibi vsurpat, Tres autem Knesi secundo genitorum posteri, quos rutheni laroslavuski appellant, eam regionem possident. Primus est basilius, Is qui nos ex hospicio ad principem duxit & reduxit, Alter est Simeon fœderovuitz à Kurba patrimonio suo Kurbski dictus, homo senex sobrietate singulari ac ipsa vitæ rigiditate, qua ab in eunte ætate vsus est, valde exhaustus, multis enim annis esu carnis abstinuit, piscibus quoq; Solis, Martis & Saturni tantum diebus vescebatur, Lunæ vero Mercurij & Veneris ab eisdem ieiunij tempore abstinebat, hunc magnus Dux aliquando per Permiam in Iuhariam ad longinquas gentes debellandas cum exercitu supremū Imperatorē mittebat, qui bonam ei? itineris partem, ppter niuis magnitudinem, pedes confecit, quibus dissolutis reliquū itineris nauigijs peregit, vltimus est Ioannes cognomento Possetzen, qui Principis sui nomine oratorem apud Carolū Cęsarem in Hispanijs agebat, et nobiscum reuersus, qui adeo paup est, vt vestes et Kolpackh q? capitis tegumentum est, aliunde (q? certo scimus) pro conficiendo itinere cōmodato sumebat.

Quare multum errasse videtur, qui scripsit hunc principi suo in quacunq; necessitate triginta milia equitum ex dicione seu patrimonio suo mittere posse.

Vuolochda Prouincia, Ciuitas & Castrum in qua Episcopi Permiæ sedem quidem suam sed sine imperio habent, ab eiusdem nominis fluuio nomen accepere, sita est inter orientem & Septen: ad quam ex Moscovuia per Iaroslavu itur, abest autem a Iaroslavu quinquaginta mil: ger: à Bieloyesero, ferè quadraginta regio tota paludinosa & Syluestris est, vnde fit vt exactam itineris rationem ppter crebras paludes et fluuiorũ amfractus hoc quoq; in loco viatores obseruare non possunt, Quo enim magis progrediare hoc plures & inuię paludes, fluuij ac Sylue occurrunt. Porro Vuolochda flu: in Septen: ciuitatem præterlabitur: Cui Suchana flu: ex lacu cui Koinzki nomen est, emergens, octo mil: infra ciuitatem iungitur nomenq; Suchanę retinet, atq; inter Septen: & orientem labitur Vuolochda prouincia olim subdicione Novuogardiæ mag: erat, quæ cum castrum natura loci, firmum habet aiunt principem partem thesauri sui illic reponere solere, Eo anno quo nos moscovuiæ eramus, tanta illic erat annonę caritas, vt vnus quo ipsi vtũtur frumenti modius XIIII. dengis venderetur, qui alioqui in Moscovuia IIII. v. aut sex dengis emi solet.

Waga flu: piscosus inter Bioloyesero & Wolochdam in paludibus densissimisq; syluis oritur ac dvuinam flu: influit, fluuij accole quod panis vsu fere careant, venacione viuunt, Capiuntur autem ibi Vulpes Nigræ & coloris cinericei porro compendiario itinere inde ad prouinciam & flu: dvuina peruenitur,

Vstiug prouintia a ciuitate & castro, quæ ad flu: Suchana sita sunt nomen accepit, a vuolochda abest centum milia: à Bieloiesero centum quadraginta, hæc prius ad ostia fluuij Iug, qui ex meridie in Septen: fluit sita erat, postea propter loci commoditatem ad dimidium fere miliare supra ostia posita est, vetusq; nomen adhuc retinet, Nam ruthenis Vsteie ostium est, vnde vstyug, quasi hostium Iug dicitur, hæc prouincia olim subiecta erat novuogardię magne, in qua rarus & propemodum nullus panis vsus piscibus & feris pro cibo vtuntur, Sal ex Dvuina habent. Idioma quoq; proprium quamuis ruthenico magis vtuntur, Zabellinorum ibi pelles nec multæ nec admodum excellentes, aliarum tamen ferarum, pellibus abundant vulpinis presertim nigris.

Dvuina prouincia et flus: ab Iug & Suchana fluuiorũ confluxu Dvuinę nomen accepit, Nam Dvuina ruthenis duo vel bini sonat, Is fluuius emensis centum mil: Oceanum sepien: qua Svueciam & Nordvuegiam alluit atq; à terra incognita Engraneland diuidit, ingreditur, Hæc prouincia in ipso Septentrione sita olim novuogradensium dicionis erat, numerantur autem a Moscovuia ad Dvuinæ ostia trecenta mil: quamuis vt antea dixi in regionibus quæ trans vuolgam sunt, propter crebras paludes, fluuios ac vastas syluas itineris ratio obseruari non potest, coniectura tamen ducimur vt

mur vt vix ducenta miliaria esse putemus, quando quidem ex Moscovuia in Vuolochdam, ex Vuolochda in vstyug, in orientem aliquantulum, ex vstyug postremo per Dvuinam flu: recta in Septẽ: peruenitur, Hęc prouincia præter Colmogor castrum & Dvuinam ciuitatem, quæ inter fontes et ostia in medio propemodũ sita est, castrumq; Pienega in ipsis Dvuinæ ostijs situm, oppidis & castris caret, Pagos tamen complures habere dicitur, qui propter terræ sterilitatem longe lateq; distant, victum hij ex piscibus, feris, ferarumq; pellibꝰ quęrunt quibus omnis generis abundant: In marittimis huius regionis locis, Vrsos albos, & eos pro maiori parte in mari degentes reperiri aiunt, quorum pelles in moscovuiam sæpius deferuntur, ego binas mecum prima mea in Moscovuiam legatione reportaui Regio hæc, sale abundat.

ITINERARIVM AD PETZORAM, IVGARIAM ET OBI VSQVE FLVVIVM.

PRincipis Moscovuiæ Dicio longe in orientem & aliquanto in Septentrionem ad loca quæ sequuntur protenditur, super qua re scriptum quoddam quo eius itineris ratio continebatur lingua ruthenica mihi oblatum fuit, quod & transtuli, & hic certa ratione subiunxi, Quamquam qui ex moscovuia eò proficiscuntur, ab vstyug & Dvuina per Permiam vsitato magis & compendiario itinere vtantur, A Moscovuia ad Vuolochdam quinquaginta vuerst numerantur (est autem vuerst spacium ferme miliare Italicum) à Vuolchda ad vstyug dextrorsum secundo fluuio & Suchana cui iungitur, descendendo, sunt quingenta vuerst, quibus sub Srelcze oppido duobus vuerst sub vstyug coniungitur fluuio Iug, qui fluit ex meridie, à cuius ostijs vsq; ad fontes, vltra quingenta verst computantur; Cæterum Suchana & Iug postquam confluxerint, amissis prioribus nominibus, Dvuinę nomen assumunt, per Dvuinam deinceps quingenta verst ad colmogor peruenitur à quo infra itinere sex dierum Dvuina sex ostijs oceanum ingreditur, atque huius itineris maxima pars nauigatione cõstat, nam itinere terrestri a vuolochda vsq; ad Colmogor traiecto vuaga, sunt mille verst, haud procul a Kolmogor, Pienega flu: qui ab oriente a dextris fluit, Emensisq; septingentis verst, Dvuinam illabitur, ex Dvuina ad locum qui dicitur Nicolai per Pienegam flu: ducenta verst, peruenitur, vbi itinere dimidij verst naues in flu: Kuluio transferuntur. Kuluio vero flu: ex eiusdem nominis lacu in Septentrione oritur, a cuius fontibus iter sex dierũ est, vsq; ad ostia vbi oceanum ingreditur, nauigatione secundum dexterum littus maris, sequentes possessiones præterleguntur Stanuvuische. Calunczscho & Apnu: Circumnauigataq; Chorogoski Nosz, promontorio, & Stanuvuische

vuiſche Camenckh & Tolſtickh, tandem in flu: Mezen, quo ſex dierum itinere ad eiuſdem nominis pagum in oſtijs fluuij Piesza ſitum peruenitur per quem rursus a ſiniſtra orientem æſtiualem verſus aſcendendo trium ebdomadarum itinere Pieſcoya flu: occurrit, vnde translatis per quinque verſt, in duos lacus nauibus gemine patent viæ, quarum altera parte ſiniſtra in flu: Rubicho, per quem in flu: Czircho, peruenitur, ducit. Alij via altera & breuiore ex lacu naues recta in Czircho deferunt, a quo niſi tempeſtate detineantur, trium hebdomadarū ſpacio in fluuiū oſtiaq; Czilme, magnum Petzora fluuium, qui eo loci duarum verſt latitudine extenditur influentem deueniunt, quo delapſi ſex dierum itinere ad oppidum & caſtrum Puſtooſero, circa quod Petzora ſex oſtijs oceanum ingreditur, peruenitur, Huius loci Accolæ ſimplici ingenio homines, Anno Domini M. D. XVIII. primum baptiſmum ſuſceperunt, A tzilme oſtijs, vſq; ad oſtia flu: Vſſa per Petzoram eundo, eſt iter vnius menſis, Vſſa autem fontes ſuos habet in monte Poyas ſemnoi, qui ab ortu æſtiuali ad leuam eſt, fluitq; ex ingenti eiusdem montis ſaxo, quod Camen Bolſchoi vocant, Ab Vſſe fontibus, vſq; ad eius oſtia vltra mille verſt numerantur. Porro Petzora à meridionali ac hiemali parte fluit, à quo ex vſſe oſtijs aſcendendo vſq; ad oſtia Stzuchogora fluuij eſt iter trium hebdomadarum, Qui hoc itinerarium conſcripſerant, dicebant inter Stzuchogore et Potzſcheriema fluuiorum oſtia ſe quieuiſſe, atq; ad vicinum caſtrum Strupili quod ad littora ruthenica in montibus ad dextram ſitum eſt, comeatum quem ex ruſsia ſecum portauerant depoſuiſſe: Vltra Petzora et Stzuchogora fluuios ad montem Camenipoias. Item mare inſulas vicinas, Caſtrumq; Puſtooſero variæ & innumeræ gentes ſunt, quæ vno ac communi nomine Samoged (quaſi diceres ſe ipſos comedentes) nuncupantur. Apud hos magnꝰ prouentus Auium diuerſorumq; animalium, vt ſunt Zabellini. Martes caſtores Hermelli aſpreoli & in oceano Mors animal de quo ſupra, preterea veſs. Item Albi Vrſi, Lupi, Lepores, equi vuoduani, Cete, piſcisq; nomine Semſi, aliiq; quàm plurimi, hę vero gentes in moſcouiam non veniunt, ſunt enim fere, quæ aliorum hominum cætum viteq; ſocietatem refugiunt. Ab Stzuchogore oſtijs aduerſo flumine vſq; ad Poiaſſa, Artavuiſche, Cameni maioremq; Poiaſſa iter trium hebdomadarum. Porro ad montem Camen trium dierum aſcenſus eſt, à quo deſcendendo ad fluuium Artavuiſcha, inde ad Sibut flu: à quo caſtrū Lepin, à Lepin ad Soſſam flu: peruenitur, huius fluuij accole Wogolici nuncupantur, Soſſa autem à dexteris relicto ad flu: Obij, qui oritur ex Kitaisko lacu, peruenitur, quem vix vno die & celeri curſu traiecerunt, adeo vaſta huius fluuij latitudo eſt, vt ad octoginta fere verſt extendatur, hunc quoq; Vuogulici & Vgritzſchi gentes accolunt. Ab Obea caſtello ſecundum obi flu: aſcendendo vſq; ad Irtiſche flu: in quem Soſſa ingreditur, oſtia, eſt trium menſium iter, in his locis duo caſtra ſunt, Ierom & Tvmen, quibus præſunt domini Kneſi luhorski magno Duci moſco vt aiunt vectigales, multa ibi animalia pelleſq; quàm plurime.

Ab Irtiſche fluuij oſtijs ad caſtrum Gruſtina, duorum menſium iter, à quo ad lacum Kitai per Obi fluuium, quem fontes ſuos in hoc lacu habere dixi, eſt plusquam trium menſium iter, Ab hoc lacu plurimi homines nigri communis ſermonis expertes veniunt: Merces varias in primis autem vniones, lapides præcioſos, ſecum adferentes, quas populi Gruſtintzi & Serponovutzi mercantur, hi à caſtro Serponovu Lucomoryæ vltra obi flu: in montibus ſitę, nomen habent, Lucomoryæ autem hominibus mirabile quiddam ac incredibile & fabule per ſimile aiunt accidere, quos in ſingulos annos nempe XXVII. die Nouembris, quæ apud ruthenos S: Georgio ſacra eſt, mori aiunt, ac vere inſequenti maxime ad XXIIII. Aprilis ranarum inſtar, denuo reuiuiſcere. Cum his quoq; Gruſtintzi & Serponovuzti populi noua & alias, inconſueta habent commertia, cum enim ſtatum tempus moriendi ſeu dormiendi ipſis imminet, merces certo loco deponunt, quas Gruſtintzi et Serponovutzi relictis ſuis interim æqua commutatione mercibus auferunt, eas illi rediuiui, ſi iniquiore æſtimatione abductas eſſe viderint, rurſus repetunt, vnde lites plurimę ac bella inter eos oriuntur. Ab Obi fluuio, parte ſiniſtra deſcendendo, ſunt Calami populi, qui ab Obiovua et Pogoſa eo commigrarunt, Infra obi ad auream Anum vbi Obi oceanum ingreditur, fluuij ſunt Soſſa: Berezvua & Danadim, qui omnes ex monte Camen Bolſchega Poiaſſa, ſcopuliſq; coniunctis oriuntur, ab his fluminibus quecunq; ad auream Anum vſq; gentes habitant vectigales dicuntur Principi moſcouiæ,

Slatabala id eſt Aurea anus Idolum eſt, ad Obi oſtia in Prouincia Obdora in vlteriori Ripa ſitum, ſecundum Obij littora vicinisq; circum fluminibus multa paſſim caſtra ſita ſunt, quorum domini omnes principi moſcouiæ (vt ferunt) ſubijciuntur, Narrant ſeu vt verius dicam fabulantur hoc idolum Aurea Anum ſtatuam eſſe, in formam cuiuſdam Anus quæ filium in gremio teneat, atq; ibi iam denuo alterum cerni infantem, quem eius nepotem eſſe aiunt, Preterea inſtrumenta quedam ibi poſuiſſe, quæ perpetuum ſonum in modum tubarum edant, quod ſi ita eſt equidem ventorum vehementi & perpetuo in ea inſtrumenta flatu fieri puto.

Coſsin fluu: ex montibus in Lucomorye delabitur, in huius oſtijs Coſſin Caſtrum eſt, quod olim Knes vuentza, nunc vero illius filij poſſident, cō à Coſſin magni fluuij fontibus eſt iter duorum menſium, Porro ex eiuſdem fluuij fontibus alter flu: Caſſima oritur, emenſaq; Lucomoria in magnum flu: Tachnin influit, vltra quem prodigioſę forme homines habitare dicuntur, quorum alij ferarum more toto corpore pilis horrent, alij caninis capitibus, Alij prorſus ſine collo pectus pro capite habent, longasq; ſine pedibus manus, Eſt & in Tachnin fluuio piſcis quidam, capite, oculis, naſo, ore, manibus, pedibus, aliſq; humana prorſus forma, nulla tamen voce, qui, vt alij piſces. ſuaue ex ſe præbet obſonium.

Hactenus quæcunq; retuli ex oblato Itinerario ruthenico à me ad verbum

verbum traducta ſunt, in quibus & ſi fabuloſa quedam, vixq; credibilia eſſe videantur, veluti de hominibus mutis, morientibus & reuiuiſcentibus Aurea anu, monſtroſis hominum formis, Piſcecq; humana effigie, de quibus et ſi ipſe quoque diligenter inueſtigauerim, nihil tamẽ certi à quopiam qui ea oculis ſuis vidiſſet, quamuis omnium fama rem ita ſe habere prædicarent, cognoſcere potui. tamen vt alijs ampliorem harum rerum præberem inueſtigandi occaſionem, nolui quicq; obmittere vnde & locorum vocabulis ijſdem quibus à rutenis nuncupantur vſus ſum.

Noſs

Noſs Rutenis naſus dicitur, quo nomine promontoria ad naſi ſimilitudinem in mare prominencia vulgo appellant.

Montes circa Petzoram flu: Semnoi poyas, id eſt Cingulus mundi vel terræ vocantur. Poyas enim ruthenis cingulum ſignificat.

Magnus Chan

Lacus Kithai à quo magnus Chan de Chathaia quem moſci Czar, Kythaiſki appellant, nomen habet, Chan autem Tartaris Regem ſonat.

Lucomorye loca maritima ſylueſtria ſunt, ab accolis, ſine vllis ædibus habitantur, quamuis autem itinerarij author plurimas Lucomorye gentes principi moſcouiæ ſubiectas eſſe referebat, tamen cum in propinquo regnum Tumen ſit, Cuius princeps Tartarus eſt, & vernacula eorum lingua Tumenſki Czar, id eſt Rex in Tumen appellatur, magnaq; damna haud ita pridem principi moſcouiæ intulit, veri ſimile eſt, propter vicinitatem has gentes ipſi pocius ſubiectas eſſe.

mmſkij Czar

Ad Petzoram flu: Cuius in itinerario mentio fit, ciuitas & caſtrum Papin ſeu Papinovugorod ſitum eſt, huius accole Papini qui diuerſum à ruthenico idioma habent, nuncupantur. Vltra hunc fluuium altiſſimi montes ad ripas vſq; protenduntur, quorum vertices ob continuos venторum flatus omni prorſus materia gramineq; fere carent, hij & ſi varijs in locis varia habeant nomina, communiter tamen Cingulum mundi vocantur, in his montibus nidificant Gerofalcones de quibus ſupra, cum de Principis venatione verba facerem, abunde dictum eſt, Creſcunt etiam illic arbores cedri, circa quas nigerrimi Zebelli reperiuntur, atq; in principis moſcouię dicione hi montes ſoli viſuntur qui veteribus Riphei forte vel hyperborei montes viſi ſunt, & quod perpetuis niuibus ac glacie rigeant, tranſiriq; facile non poſſunt, Engroneland prouinciam incognitam faciunt, Baſilius Ioannis filius moſcouiæ dux aliquando ad exploranda vltra hos montes loca gentesq; debellandas duos Præfectos ex ſuis per Permiam & Petzoram miſerat, Simeonem Pheodorovuitz Kurbſki à patrimonio ſuo ita nuncupatum, ex Iaroſlavuſki genere oriundum, Et knes Petrum vſchatoi quorum Kurbſki me in Moſcovuia exiſtente adhuc in viuis erat, mihiq; de hac re percontanti decem & ſeptem in aſcendendo monte dies ſe conſumpſiſſe dicebat, neq; tum montis verticem qui patrio nomine Stolp hoc eſt columna nuncupatur ſuperare potuiſſe, Extenditur mons ille in oceanum vſq; ad oſtia Dvuine & Petzora fluuiorum, Et hec de Itineratio ſatis.

Ad principatus

AD PRINCIPATVS MOSCOVVIAE REDEO.

Suſdolſkij

SVsdali Principatus cum eiusdem nominis caſtro & ciuitate in qua ſedes Epiſcopalis eſt. Inter Roſtovu & Vuolodimeriam ſita eſt. Quo tempore Moſci Imperij ſedes Vuolodimeria erat, inter præcipuos hic principatus numerabatur, reliquarum adiacencium vrbium metropolis erat, creſcente poſt imperio eius, ſede Moſcovuiam tranſlata, Principum ſecundo genitis eſt attributus, quorum tandem poſteri, ex quibus Baſilius Schuiſki cum nepote ex fratre (qui dum nos moſcouiæ eſſemus, adhuc viuebant) per Ioannem baſilij eo ſunt exuti, inſigne in ea vrbe veſtalium monaſterium eſt, in quo Salomea, à Baſilio repudiata, erat incluſa, inter omnes principis Moſcouiæ principatus ac prouincias vbertate ſoli rerumq; omnium copia Reſan primas ſibi vendicat, ſecundum hanc ſunt Iaroſlavu, Roſtovu, Pereaſlavu, Susdali, Vuolodimeria, que, fertilitate terre, proxime accedunt.

Caſtro movngor

Caſtromovugorod ciuitas cum caſtro in vuolge littore ad orientem æſtiualem viginti fere mili: abeſt ab Ioroſlavu, Novuogardia inferiori circiter quadraginta, flunius à quo ciuitas nomen habet, ibi Vuolgam influit.

Galitz

Galitz alius Principatus cum ciuitate & caſtro, ex moſcovuia in orientem per Caſtromovugorod euntibus occurrit.

Vuiatkha ff

Vuiatkha prouintia vltra Kamam flu: in orientem æſtiualem centum quinquaginta fere miliaribus abeſt à moſcovuia, ad quam itinere breuiore quidem ſed difficiliore, per Caſtromovugorod & Galitz peruenitur, nam præter paludes ac nemora, quæ inter Galitz & Vuiathkam ſunt itercq; impediunt, Czeremiſſe populi, paſſim ibi vagantes latrocinantur, quare fit, vt itinere per Vuolochdam & vſtyug longiore ſed faciliore tuciorecq; eo proficiſcuntur. Diſtat autem Vuiathka ab vſtyug centum viginti mil: A Cazan ſexaginta, Regioni eiusdem nominis fluuius nomen dedit, in cuius littore ſunt Chlinovua, Orlo, & Slovuoda. Et Orlo quidem quatuor mil: eſt infra Chlinovuam. Dein ſex mil: occidentem verſus deſcendendo Slovuoda, Cotelnitz autem octo à Chlinovua miliaribus ad Rhecitzam flu: qui ex oriente fluens inter Chlinovua & Orlo in Vuiathkam exoneratur. Regio paluſtris & ſterilis eſt, ſeruorum fugitiuorum velut aſilum quoddam: melle, feris, piſcibus, aſpreolisq; abundans, hæc olim Tartarice dicionis erat, adeo vt adhuc hodie vltra citraq; Vuiathkam maxime in oſtijs quibus Kamam flu: ingreditur, tartari imperent, itinera illic computantur per czunckhas, czunckhas autem continet quinq; verſt. Kama flu: exoneratur in Vuolgam duodecim mil: infra Cazan, huic fluuio adiacet Sibier prouincia.

Permia

Permia magna & ampla prouincia à Moſcovuia ducenta quinquaginta ſeu vt quidam volunt trecenta mil: recta inter orientem & Septentrionem diſtat, Ciuitatem eiuſdem nominis ad Viſchora flu: habet, qui

decem mil: infra Kamam influit eó propter crebras paludes & fluuios terreſtri itinere vix niſi hieme peruenitur, æſtate vero per Vuolochdam, Vſtyug, vitzechdacꝫ fluuium qui duodecim ab vſtyug mil: Dvuinam influit, Nauigijs iter hoc facilius conficitur, cæterum qui ex Permia in vſtyug, proficiſcuntur, ijs aduerſo Viſchora nauigandum eſt, emenſiſcꝫ aliquot fluuijs, nauibuscꝫ terra quandocꝫ in alios fluuios tranſlatis ad vſtyug tandem trecentis ab Permia mil: deueniunt. Rariſſimus in ea prouincia panis vſus, loco tributi equos & pelles quotannis principi pendunt, Idioma propriũ habent, characteres item proprios, quos Stephanus Epiſcopus qui eos in fide Chriſti vacillantes confirmarat (Nam antea in fide adhuc infantes Epiſcopum quendam idem attentantem excoriauerant) primus adinuenit, hic Stephanus poſtea Demetrio Ioannis filio imperante apud ruthenos in numerum deorum relatus eſt, ſuper ſunt adhuc ex ijs in ſyluis paſſim plures Idolatrę, quos Monachi & Heremite eo proficiſcentes, non ceſſant ab errore vanocꝫ cultu reuocare, hieme in Artach fere, quemadmodum in plurimis ruſsiæ locis iter faciunt, ſunt autem Artach ligneæ quedam & oblonge Solæe, ſex ferme Palmarum longitudine quibus in pedes inductis feruntur, magnacꝫ celeritate itinera conficiunt, canibus quos in hunc vſum magnos habent, pro iumentis vtuntur, quibus ſarcinas, quemadmodum antea de Ceruis dictum eſt, vehiculis circumuehunt, aiunt eam prouinciam orientem verſus, tartarorum prouintiæ quæ Tumen dicitur, eſſe conterminam

Iugariæ Prouintiæ ſitus ex ſupradictis patet: rutheni per aſpirationem Iuhra proferunt, & populos Iuhrici vocant, Hæc eſt Iuharia ex qua olim hungari progreſſi Pannoniam occuparunt, Attilacꝫ Duce multas europe prouincias debellarunt. Quo nomine moſcouuitę multũ gloriantur quod eorum ſubditi magnam europe partem olim ſunt depopulati, Referebat Georgius Paruus dictus, natione græcus, in priori mea legatione inter tractatus, volens ius Principis ſui deducere ad magnum Ducatum Lithuaniæ, Regnum Poloniæ &c. Iuharos ſubditos magni Ducis moſcouuiæ exiuiſſe, & ad paludes Meotidis conſediſſe, Deinde Pannoniam ad Danubium & inde nomen Hungariæ accepiſſe, Demum Moravuiam ex fluuio ſic nominatum, & Poloniam à Polle quod eſt Planicies occupaſſe, De fratris Attile nomine Budam nominaſſe, relata ſaltem volui referre, Aiunt Iuharos in hunc diem eodem cum hungaris Idiomate vti, quod an verum ſit, neſcio, nam etſi diligenter inquiſierim, neminem tamen eius regionis hominem habere potui, quo cum famulus meus lingue hungarice peritus colloqui potuiſſet, hi quoꝫ pelles pro tributo principi pendunt, Quamuis vniones gemmecꝫ illinc in Moſcouuiam afferantur, non tamen in eorum oceano colliguntur, ſed aliunde præcipue vero à littoribus oceani oſtijs Dvuinæ vicinis afferuntur.

Sibier prouintia Permiam & Vuiathkam contingit, quæ an Caſtra et Ciuitates aliquas habeat compertum non habeo, In hac oritur laick fluuius qui

qui in mare caſpium exoneratur: regionem propter viciniam Tartarorum deſertam aut ſi qua parte colitur à Tartaro Schichmamai occupatam eſſe aiunt, huius indigenę proprio idiomate vtuntur, quæſtum faciunt maxime ex aſpreolorum pellibus, quæ aliarum prouinciarum Aſpreolos magnitudine & pulchritudine excellunt, quarum tamen copiam in moſcouuia tum nullam habere potuimus.

Czere miſſe populi ſub Novuogardia inferiore in ſyluis habitant, propriam hi linguam habent, Machumeticꝫ dogma ſequuntur. Regi Cazanenſi nunc parent, quamuis maxima eorum pars duci moſcouuiæ olim tributaria eſſet, vnde ſubditis Moſcouuiæ adhuc annumerantur, adduxerat inde Moſcouuiam princeps illorum multos, defectionis crimine ſuſpectos, quos ibi vidimus, hi autem cum ad fines Lithuaniam verſus miſſi fuiſſent, tandem in varias partes dilapſi ſunt, Hec gens à Vuiathka et vuolochda ad fluuium Kamam vſcꝫ longe lateꝫ ſine vllis ædibus habitat, omnes tam viri quam feminæ curſu ſunt velociſsimi, Sagittarij porro peritiſſimi omnes, arcu nunquam è manibus depoſito, quo adeo oblectantur, vt etiam filijs cibum non prebeant, niſi præfixum ſcopum ſagitta feriant.

Duobus miliaribus à Novuogardia inferiore plurime erant domus ad Ciuitatis oppidicꝫ ſimilitudinem, vbi ſal decoquebatur, hę paucos ante annos à Tartaris exuſtę, Principis iuſſu reſtitutę ſunt.

Mordvua populi ad Vuolgam ſunt, infra Novuogardiam inferiorem in littore meridionali, Czeremiſsis, niſi qꝫ frequenciores domos habent pomnia ſimiles. Atcꝫ hic noſtrę digreſſionis moſcicicꝫ imperij termin⁹ eſto.

Nunc de vicinis ac conterminis populis certa quedam ſubiungam eodem quo ex Moſcouuia egreſſus ſum ordine in orientem ſeruato, hac autem parte Tartari Cazanenſes primi occurrunt, dequibus antequam ad peculiaria ipſorum perueniam, in genere quædam referenda ſunt.

De Tartaris eorumque origine præter ea, quę in annalibus polonorum & duobus de Sarmacijs libellis continentur. Multi paſſim multa ſcripſere, quæ hoc loco repetere magis tedioſum quam vtile eſſet, quæ autem ipſe in ruthenorum annalibus multorumcꝫ hominum relatione cognoui pauca adſcribenda cenſui. Aiunt Moabitenos populos, qui poſtea Tertari dicti ſunt, homines lingua, moribus, habituꝫ à reliquorum hominum ritu conſuetudineꝫ diſſidentes, ad flu: Calka peruenisſe, qui vnde veniſſent quo religionis dogmate vterentur, omnibus ignotum fuiſſe. Quamquam à quibuſdam Taurimeni ab alijs Pitzenigi, alijs alio nomine appellarentur Methodius patanczki Epiſcopus, ex Leutriſkie deſertis inter ſeptentrionem & orientem eos proceſſiſſe dicit, cauſamcꝫ migracionis talem refert. Cedeonem quendam primi nominis virum, Terrorem ipſis de fine mundi quem imminere dicebat, quandocꝫ inieciſſe, cuius oratione inducti ne amplisſime orbis opes, cum mundo ſimul interirent, innumera multitudine ad ſpoliandas prouincias exiuiſſe, & quicquid ab oriente ad Euphratem ſi-

numq; persicum continetur, crudeliter diripuisse, atq; ita prouincijs passim vastatis Polovutzos gentes quæ adiunctis sibi Ruthenorum auxiliaribus copijs, solæ occurrere ausæ erant, ad fluuium Calka profligasse. Anno mundi 6533. quo loco authorem libelli de duabus Sarmacijs de Polovutzis populis, quas venatores interpretatur errasse clarū est, polovutzi enim Campestres dicuntur, nam Polle, campus est: Lovatz & Lovtzi venatores, adiuncta autem tzi vel ksi, sillaba non mutat significationem neque enim ab vltimis sed primis sillabis significatio deducēda est, et quod eiulmodi rutenorum dictionibus sillaba generalis ski adhĩci solet, que res homini imposuit, atq; ita polovutzi campestres et nō venatores interpretari oportet, Polovutzos ruteni gottos fuisse perhibent quorum tamen sententiæ non accedo, qui Tartaros describere velit multas nationes describat necesse est. Nam ex sola secta hoc nomen habent, & diuerse nationes longe ab inuicem distantes. Atq; ad institutum redeo, Bathi Tartarorum Rex magna manu a meridie in septentrionem egressus, Bulgariam quæ ad Vuolgam infra Cazan est, occupauit. Anno dein sequenti, qui erat 6745. sequutus victoriam, in Moscouiam vsq; peruenit, vrbē regiam aliquandiu obsessam per dedicionem tandem accepit, sed fide quam dederat, non seruata, omnibus cæsis, vltra progressus vicinas prouincias Vuolodimeriam, Pereaslavu, Rostovu, Susdali, compluraq; castra & oppida cæsis aut in seruitutem abductis inhabitatoribus, exussit, Georgium magnum Ducem instructo exercitu sibi occurrentem profligauit & occidit, Basilium item Constantini captiuum secum abduxit, interemitq;, quæ omnia vt supra dictum est, Anno mundi 6745. gesta sunt, Ab eo tempore omnes fere Russiæ Principes à Tartaris inaugurabantur illisq; parebant vsq; ad Vuitoldum magnum Lithvuanię Ducem, qui prouincias suas, & quæ in Russia occupauerat, à Tartarorum armis fortiter defendit vicinisq; omnibus terrori fuit, Magni autem duces Vuolodimeriæ & Moscouiæ vsq; ad modernum Basilium ducem semper in prestita semel Tartarorum principum fide & obediencia permanserunt, hunc Bathi annales referunt, ab Vulaslavu hungarorum Rege, qui post baptismum Vuladislaus dictus inq; diuorum numerum relatus est, occisum fuisse in Hungaria, nam cum regis sororem quam in regni depopulacione forte nactus fuerat, secum abduxisset, Rexq; & sororis pietate, & indignitate rei, commotus hunc insecutus fuisset, impetuq; in Bathi facto, cum soror arreptis armis, adultero contra fratrem auxilio esset, iratus Rex sororem vna cum Bathi adultero interfecit, hec gesta sunt Anno mundi 6745.

Asbeck ipsi Bathi in Imperio successit moriturq; anno mundi 6834. cui filius Zanabeck sussectus est, qui fratribus suis, vt solus sine metu regnaret, occisis, moritur Anno 6865. hunc Berdebeck sequutus, qui fratribus duodecim pariter occisis obijt, 6867. Post quem Alculpa

Alculpa, à Narusi quodam regulo, cum liberis statim ab inito imperio occisus, non vltra mensem imperauit, adhunc, regnū iam possidentem, omnes principes rusiæ conuenerunt, imperandiq; in sua quisq; prouincia potestate impetrata abierunt, Occiditur Anno 6868. cui Chidir, in regno succedens à filio Themerchoscha occisus, qui regno per scelus parto, vix septem diebus potitur, etenim a Temnick Mamai electus cum vltra vuolgam fugisset, ab insequentibus militibus occisus est, 6869. Post hos Thachtamisch, imperium adeptus Anno mundi 6890. Cum exercitu xxvi. Augusti egressus, Moscouiam ferro igniq; vastauit, Is à Themirkutlu profligatus ad Vuitoldum magnum Lithvuaniæ Ducem profugit. Themirkutlu porro regno Sarai, anno mundi 6906. præfuit, moritur 6909. Cui Schatibeck filius in imperio successit. Postquem Themirasack cum exercitum maximum in Retzan, ad depopulandam Moscouiam duxisset, tantum terrorem principibus moscouiæ iniecit, vt desperata victoria, abiectis armis, ad diuorum rantum auxilium confugerent, In Vuolodimeriam statim pro imagine quadam Diuæ Mariæ virginis, quæ multis miraculis editis ibi celebris erat, mittunt, que cum in Moscouiam duceretur. Princeps omni cum multitudine honorifice illi obuiam procedit, eaq; primum vt hostem auerteret humilime implorata, maxima veneratione ac reuerencia in ciuitatem deducit, quo cultu se impetrasse dicunt, quod Tartari vltra Retzan non fuerint progressi, in cuius rei perpetuam memoriam eo loci vbi imago exspectabatur susceptaq; fuit, templum exedificatum est, diesq; is quem Rutheni Stretenne id est obuiacionis diem vocant, xxvi. Augusti quotannis solenniter celebratur, Acta sunt hæc 6903.

Narrant Rutheni hunc Themirasack obscuro genere natum, ex Latrocinijs ad tantum dignitatis gradum peruenisse, furemq; in adolescentia egregium fuisse, indeq; nomen acquisiuisse. Et quod aliquando ouem furatus deprehensusq; à domino ouis iactu lapidis vehementiore, crus illi fractum fuisset, quod cum ferro quodam colligasset, à ferro & claudicatione nomen sibi inditum fuisse, Themir enim ferrum, Aslack claudum significat Is Constantinopolitanis à Turcis grauiter obsessis filium suum cum auxiliaribus copijs misit, qui profligatis Turcis, soluta obsidione, ad patrem victor reuersus est, Anno 6909.

Tartari in hordas diuiduntur, in quibus Savuolhensis horda & celebritate & multitudine primas tenuit, nam reliquæ horde omnes ex ea originem traxisse dicuntur, horda autem illis conuentum seu multitudinem significat, quamuis autem quelibet horda peculiare nomen habeat, scilicet Savuolhensium, Præcopensium, Nahaisensium, & alię multę que omnes Mahometani sunt, Turcas tamen se vocari egre ferunt, probriq; loco ducunt, sed Besermani appellari volunt, eo quoque nomine turci se appellari volunt, vt cum varias longe lateq; prouincias Tartare incolunt, ita etiam moribus ipsoq; vitæ genere non in omnibus conueniunt, homines statura

mediocri, lata facie, obesa, oculis intortis & concauis, sola barba horridi, cetera rasi, insigniores tantum viri crines contortos eosq; nigerrimos secundum aures, corpore valido, animo audaci, in venerem eamq; preposteram putres, equis, alijsq; animalibus quoquomodo interemptis suauiter vescuntur, demptis porcis, à quibus lege abstinent, inedię somnicq; adeo pacientes, vt toto nonnunq; quatriduo ea perferant, laboribus necessarijs nihilominus intenti. Rursus aliquid forte ad vorandum nacti supramodum se ingurgitant, eaq; crapula priorem inediam quodammodo resarciunt, nihil reliqui facientes, atq; ita cibo laboribusq; obruti triduo, quadriduoue perpetuo dormiunt, quos sic altum dormientes Lithvuani & Ruteni, in quorum regionem derepente irruunt prædasq; inde abigunt, insequuti, omni amoto metu passim sine excubijs, ordine, cibo, somnoq; sepultos, opprimunt incautos. Equitantibus porro si fames sitisq; molesta fuerit, quibus insident equis, venas solent incidere, haustoq; eorum sanguine famem pellũt atq; iumentis hoc ꝑdesse putant. Et quoniam incertis omnes fere vagantur sedibus, stellarum, inprimis vero poli arctici quem ipsi sua lingua Selesnikoll, hoc est ferreum clauum, vocant, aspectu cursum suum dirigere solent lacte equino inprimis delectantur, quod eo homines & fortes & pingues fieri credunt, herbis quam plurimis presertim ijs, quæ circa Tanaim crescunt vescuntur, sale paucissimi vtuntur, horum reges si quando suis commeatum distribuant, quadraginta hominibus vaccam vnam aut equum dare solent, quibus mactatis, intestina prestanciores tantum sumunt, ac inter se diuidunt, quæ ad ignem eatenus calefacta, vt adherentia stercora decuti possint, abstergicq; vorant, non solum autem digitos pinguedine vnctos sed etiam cultrum lignumue, quo stercus detersum fuerat, suauiter lingunt, suguntq;, capita equorum, vt apud nos aprorum in delicijs habentur, præstancioribusq; tantum apponuntur, Equis ceruice depressa pusillisq; sed fortibus abundant, qui æque inediam laboremq; bene ferre possunt, ramisq; & corticibus arborum herbarumq; radicibus vngulis è terra excussis euulsisq; aluntur, his ita ad laborem asuefactis Tartari commodissime vtuntur, aiuntq; mosci, perniciores hos sub Tartaris, quam sub alijs esse, hoc genus equorũ Pachmat vocant, Sellas stapedesq; ligneas habent, nisi si quas alias à vicinis Christianis rapuerint aut emerint, & ne equorum dorsa atterantur gramine seu arborũ foliis eas suffulciunt, flumina transnatant, qui si forte fugientes insequentium hostium vim extimuerint, sellis, vestibus, alijsq; impedimentis omnibus abiectis, armis tantum retentis, effusissime fugiunt. Porro arma illorum sunt arcus & sagitta, framea apud eos rara. Pugnam cum hostibus eminus audacissime ineunt, in qua tamen non diu perseuerant, sed simulata fuga hostibus insequentibus occasione data primum in eos a tergo tela torquent, dein conuersis de repente equis, in dissipatos hostium ordines denuo impetum faciunt, cum in patentibus campis pugnandum est, hostemq; intra teli iactum habent, non structa acie prælium ineunt, sed sinuoso agmine in girum, quo certior

& liberior hostem iaculandi via pateat, circumferuntur. Estq; euntium & redeuntium mirus quidam ordo, in quam quidem rem Ductores, quo sequuntur, harum rerum peritos habent, qui si vel hostium telis icti succubuerint, aut forte metu perculsi, in ducendo ordine aberrauerint, tanta totius exercitus fit perturbatio, vt nec amplius in ordinem reduci, nec tela in hostem torquere possunt. Hoc genus certaminis ipsi à rei similitudine choream appellant, in Angustijs autem si forte decertandum est, nullus huius stratagemmatis est vsus, atq; ideo fugæ se mandant, quoniam nec clipeo nec lancea nec galea muniti sunt, vt hostem in stataria pugna sustinere possent, in equitando hunc morem seruant, vt contractis in sellam sedeant pedibus, quo facilius in vtrumq; latus se possint conuertere, & si quid forte delapsum, de terraq; tollendum fuerit, stapedibus innixi, nullo negotio tollunt, in quo adeo exercitati sunt, vt etiam currentibus celeriter equis id efficiant, hastis impetiti, in alterum latus ad declinandum ictum aduersarij subito se demittunt, altera duntaxat manu pedeq; equo adherentes. Dum vicinorum prouincias infestant quisq; duos aut tres, pro opibus, equos secum ducit, vt vno scilicet defatigato, altero terno ue vti possit, lassos interim manu ducunt, frena leuissima habent, flagellis pro calcaribus vtuntur, castratos tantum equos habent, quod tales arbitrantur plus laboris inedię q; ferre posse. Vestimentis ijsdem tam viri ꝙ feminæ vtuntur, nec in cultu à viris quicquam differunt, nisi quod caput velo lineo tegunt, caligisq; itidem lineis nautarum maritimorum instar vtuntur. Eorum Regine dum procedunt in publicum facies solent obtegere, Reliqua turba quæ in campis passim degit, vestes ex ouium pellibus confectas habent, quas non mutant nisi longo vsu prorsus attritę laceręq; fuerint, vno in loco non diu commorantur, rati grauem esse infœlicitatem, diu in eodem loco hærere, vnde irati quandoq; liberis, graue malum imprecantes, solent dicere, vt eodem in loco perpetuo tanquam christianus hęreas propriumq; fetorem haurias, quare depastis vno in loco pascuis, cum armentis vxoribus & liberis quos in plaustris secum circumferunt alio migrant, quamuis hi qui in oppidis & vrbibus degunt, aliam viuendi racionem sequantur, si bello aliquo grauiore implicantur, vxores liberos senesq; in loca collocant tuciora. Iusticia apud illos nulla, nam vt quisq; re aliqua indiguerit, eam ab altero impune rapere potest, si quis apud Iudicem de vi, illataq; iniuria conqueritur, Reus non negat, sed ea re se carere non potuisse dicit, tum Iudex huiusmodi proferre solet sententiam. Si tu vicissim re aliqua indigueris, rape ab alijs. Sunt qui dicunt eos non furari, an vero furentur, aliorum esto iudicium, certe homines rapacissimi sunt, nempe pauperrimi, vt qui alienis semper inhiant, aliorum pecora abigunt, homines spoliant abducuntq;, quos turcis alijsq; quibuscunq; aut vendunt, aut redimendos concedunt, puellis tantum seruatis, ciuitates & castra raro oppugnant, villas pagosq; comburunt, adeoq; de illatis damnis sibi placent, vt quo plures prouincias desolauerint, hoc se regna sua ampliora reddidisse putant. Et cum quietis

impacientiſsimi ſunt, mutuo tamen ſe non interimunt, niſi reges inter ſe diſſideant, ſi in diſſenſione aliqua quiſpiam occidatur, Autoresq; ſceleris capti fuerint, equis armis veſtibus tantum ablatis dimittuntur, Homicida porro, accepto vili equo & arcu, his verbis a iudice dimittitur, ſi, & rem tuam cura, Auri Argentiq; apud illos vſus, extra mercatores fere nullus, rerum tantum permutacione vtuntur, quod ſi quid pecuniæ, ex rebus venditis vicini corraſerint, ea moſcouiæ veſtes aliaq; vitæ neceſſaria emunt. Fines inter ſe (de Campeſtribus Tartaris loquor) nullos habent. Erat aliquando à moſcis pinguis Tartarus quidam captus, cui cum Moſcus dixiſſet, vnde tibi canis, tanta pinguedo, cum non habeas quod edas, Cui Tartarus cur non habeam quod edam, cum tam vaſtam ab ortu vſq; in occaſum terram poſſideam, ex qua nonne affatim nutriri poſſum, tibi potius qui tam paruam orbis portionem tenes, & quottidie pro illa contendis deeſſe puto quod edas.

Cazan Regnum Ciuitas & Caſtrum eiusdem nominis ad Vuolgam in vlteriore fluminis ripa ſeptuaginta fere mili: ger: infra Novuogardam inferiorem ſita ſunt, ſecundum Vuolgam in orientem & meridiem deſertis campis terminatur Ad orientem autem æſtiualem Tartaros quos Schibanski & Koſatzki vocant, conterminos habent, huius prouinciæ rex exercitum triginta millium habere poteſt, pedites preſertim in quibus Czeremiſſe & Czubaſchi ſagittarij peritiſſimi ſunt, Czubaſchi autem nauigandi arte excellunt, Cazan vrbs à Vuiathka principali caſtro ſexaginta mil: ger: abeſt. Porro Cazan Tartaris ollam cupream bullientem ſonat, Cultiores hi tartari reliquis ſunt, vt pote, qui & agros colant, in domibus degant, Mercaturasq; varias exerceant, quos baſilius moſcouiæ Princeps eo adegit, vt ſe ſibi ſubijcerent, atq; eius arbitrio Reges acciperent, quod illis partim ob oportunitatem fluuiorum, qui ex Moſcouia in vuolgam influunt, partim mutua commercia quibus illis carere non poterant, factum haud difficile fuit. Cazanenſibus quondam Rex erat Chelealeck qui cum relicta vxore Nurſultan ſine liberis deceſſiſſet, Abrahemin quidam ducta vidua regno potitur. Ex hac Abrahemin duos ſuſcepit filios Machmedemin & Abdelativu. Ex priore autem vxore quæ Batmaſsa ſoltan vocabatur, Alegam filium habuit, Is patre defuncto, vt primogenitus in regnum ſucceſsit, cumq; mandatis Moſci non vbiq; obtemperaret à Moſci conſiliarijs quos ibi vt regis animum obſeruarent, habebat, aliquando in conuiuio inebriatus, atq; in vehiculum ac ſi domum veheretur poſitus ea nocte ductus eſt moſcouiam verſus, quem aliquandiu detentum, princeps tandem in Vuolochdam miſit, vbi reliquum ætatis peregit. Eius autem matrem cum Abdelativu & Machmedemin fratribus Bieloyeſero relegauit. Codaiculu vnus ex Alege fratribus baptiſatus, nomen Petri accepit, cui poſt Baſilius modernus Princeps ſororem ſuam matrimonio iunxit. Meniktair autem alter ex Alege fratribus, in ſua quoad vixit, ſecta permanſit, pluresq; genuit liberos, qui poſt deceſſum patris cum matre omnes

Baptiſati

Baptiſati & mortui ſunt, vno Theodoro qui nobis in Moſcouia exiſtentibus, adhuc ſupererat, excepto. Alege porro ita in Moſcouiam abducto Abdelativu ſufficitur, qui cum pari ratione, vt Alegâ regno amotus fuiſſet, Machmedemin ex Bieloyeſero emiſſum, princeps in eius locum ſubſtituit. Is regno vſq; ad annum domini 1518. præfuit. Nurſultan quam Chelealeck & Abrahemin regũ vxorem eſſe dixi, poſt Alegę mortem Mendligero Regi precopienſi nupſit, hec deinde cum ex Mendligero prolem non haberet, priorumq; filiorũ deſiderio teneretur, ad Abdelativu venit, in Moſcouiam, Inde progreſſa ad Machmedemin alterum filium in Cazan regnantem profecta eſt, Anno domini 1504: Cazanenſes à Principe moſcouiæ defecerunt, eam defectionem cum multa bella ſecuta ſint, variecq; à principibus qui ſe in ſocietatem huius belli iunxerãt, diu vtrinq; pugnatum, neq; in hunc vſq; diem finis bello impoſitus erat, Alcius huius belli rationem repetere viſum eſt: Cum Cazaneoſium defectio baſilio Moſcouiæ Principi innotuiſſet, rei indignitate & vlciſcendi libidine motus, ingentem exercitum adiunctis tormentis bellicis in eos miſit, Cazanenſes quibus pro vita & libertate cum moſcis pugnandum erat, audito terribili principis in ſe apparatu, cum hoſtibus in pugna ſtataria ſe haud pares fore viderunt, aſtu eos circũuenire, cenſuere, quare collocatis palam contra hoſtem caſtris, optima copiarum ſuarum parte locis opportunis in inſidias abdita, ipſi veluti terrore perculſi relictis de repente caſtris, fugæ ſe mandarunt, Moſci qui non ita procul aberant, cognita tartarorum fuga ſolutis ordinib⁹ citato curſu in hoſtium caſtra irruunt, in quibus diripiendis dum occupati, rerumq; ſuarum ſecuri eſſent, Tartari cum Czeremiſsis ſagittarijs, ex inſidijs progreſsi, tantam in eos ſtragẽ ediderunt, vt Moſci relictis tormentis Machinisq; bellicis aufugere cogerentur, In ea fuga Machinarum magiſtri duo, relictis tormentis cum alijs euaſere, quos princeps in Moſcouiam reuerſos beneuole accepit, horum alterum Bartholomeum nacione italum, qui aſſumpta poſt rutenorum fide, magna etiam tunc apud Principem erat authoritate & gracia, liberaliter donauit. Redierat ex ea clade tertius Bombardarius cum tormento ſibi commiſſo, ſe magnam & ſolidam apud principem gratiam initurum, ſeruato diligenter & reducto tormento, ſperabat, quem princeps iurgijs adortus, tu inquit, eum me & te tanto expoſueris periculo, aut fugere volebas, aut te cum tormento hoſtibus dedere, quorſum iſta præpoſtera inſeruando tormento diligentia? cuius ego iacturam nihili facio, dummodo homines mihi ſuperſint qui ea fundere ijſq; vti ſciant, ceterum Machmedemin rege ſub quo Cazaneñ defecerant mortuo, Scheale ducta eius vxore vidua principis Moſcouiæ & fratris vxoris auxilio, Cazan regnũ obtinuit, cui quatuor tantum annis, magno ſubditorum & odio et inuidia præfuit, augebant hęc turpis & mollis corporis conſtitutio, erat enim homo ventre prominenti,

rara

rara barba, facie penè muliebri, quæ eum bello haud quaq̃ idoneum esse ostenderent, accedebat ad hec quod contempta ac neglecta subditorum suorum beneuolencia principi moscouiæ plus æquo faueret, ac externis plusquam suis fideret, quibus rebus Cazaneñ ducti Sapgirei Mendligerei filio, vni ex Tauricæ regibus, Regnum deferunt, quo adueniente, Scheale Regno cedere iussus, cum se viribus inferiorem infestosq̃ suorum in se animos cerneret, fortunæ cedere optimum ratus, cum vxoribus, concubinis omniq̃ supellectili in moscouiam vnde venerat redijt, hæc acta sunt, Anno domini 1521. Scheale ita è regno profugiente, Machmetgirei Rex Tauricæ, Sapgirei fratrem magno exercitu in Cazan introducit firmatisq̃ Casanensium erga fratrem animis, Tauricam rediens, traiecto Tanai Moscouiam versus contendit Eo tempore basilius rerum suarum securior, nihilq̃ tale metuens, audito tartarorum aduentu, coacto pro tempore exercitu, cui Demetrium Bielski Ducem præficit, ad Occam fluuium vt tartarorum transitum impediret, premittit. Machmetgirei viribus superior, Occa celeriter traiecto, ad piscinas quasdam tredecim verst ab ipsa moscouia castra metatus est, Inde eruptione facta, omnia rapinis incendijsq̃ compleuit, sub id temporis Sapgirei pariter cum exercitu ex Cazan profectus, Vuolodimeriam & Novuogardiam inferiorem depopulatus est, his peractis fratres Reges ad columnam Ciuitatem cõueniunt, viresq̃ coniungunt, Basilius cum ad tantum hostem propulsandum imparem se esse videret, Petro sororio suo ex Regibus tartarorum oriundo, alijsq̃ nonnullis proceribus in castro cum presidio relicto, ex moscouia fugit, adeo timore perculsus, vt rerum suarum desperacione, aliquamdiu sub aceruo feni, vt quidam referunt, latuerit, vicesima nona lulij, Tartari vltra progressi, late omnia incendijs compleuerant, tantumq̃ terrorem moscis incusserant, vt se in castro & in ciuitate parum tutos putarent, in ea trepidatione á mulieribus, pueris aliaq̃ imbelli ætate, qui curribus vehiculis ac sarcinis in castrum confugiebant, tantus in portis tumultus oboritur, vt nimia festinatione se inuicem & impedirent & conculcarent, ea multitudo tantum fetorem in castro fecerat, vt si hostis triduo aut quatriduo sub vrbe permansisset, etiam peste obsessis pereundum fuisset, nam in tanta hominum colluuie, vt quisq̃ locum occuparat, ita naturæ satis facere cogebatur, Erant tum temporis Moscouiæ oratores Liuonienses, qui cum conscensis equis fugę se mandassent, & circumquaq̃ nihil preter ignes & fumum viderent, secq̃ à Tartaris circumdatos esse arbitrarentur, adeo properarunt, vt vna die in Tvuer que triginta sex mil: ger: à Moscouia abest peruenirent, Magnam tum laudem meruerunt Bombardarij Alemanni præsertim Nicolaus qui prope rhenum, non longe à spira imperiali germaniæ ciuitatæ, natus, cui à præfecto alijsq̃ Consiliarijs qui nimio timore iam fere confecti erant, tuendæ vrbis negotium blandissimis verbis committitur, orant vt tormentis maioribus quibus mænia deijci solent

solent sub portam castri deductis tartaros inde arceret, horum autem tam vasta erat magnitudo, vt vix triduj spacio eo perduci potuissent, Sed neq̃ pulueres Bombardicos tantos paratos habebant, quibus vel semel maius tormentum exonerari potuisset, solent enim Mosci perpetuo hunc morem seruare, vt omnia in recondito habeant, nec quicquam tamen preparatum; verum urgente necessitate, omnia celeriter conficere studẽt, visum est ergo Nicolao, vt tormenta minora quæ procul à castro erant recondita, huneris hominum celeriter in medium adducerentur, ijs dum detinerentur, clamor de repente exoritur, Tartaros adesse, quæ res tantum timorem oppidanis incusserat, vt proiectis per vicos Bombardis etiam mœnium defendorum curam obmitterent, quod si tum centum hostium equites, impetum in ciuitatem fecissent paruo negotio eam funditus igni consumpsissent, in ea trepidatione præfectus, quiq̃ cum eo in presidio erant, optimum rati, vt Machmetgirei Regis animum, missis muneribus plurimis, in primis autem medone placarent, & ab obsidione auerterent Acceptis muneribus Machmetgirei se obsidionem soluere, & prouincia velle decedere respondit, si datis litteris, basilius sese obstringat, perpetuum se tributarium regi fore, quemadmodum eius pater & maiores sui fuissent, quibus litteris pro voluntate scriptis acceptisq̃, Machmetgirei exercitum ad Rezan reduxit, vbi data moscis redimendi & permutandi captiuos copia, reliquam prædam sub auctione vendidit. Erat tum temporis in tartarorum castris Eustachius cognomento Taskovuitz, qui regis poloniæ subditus cum auxiliaribus copijs, ad Machmetgirei venerat, nam inter regem Poloniæ ac Moscouiæ ducem nullæ tum induciæ erant, is spolia quedam ad castrum subinde deferebat venalia, eo consilio vt data occasione vna cum ementibus rutenis in castri portas irrueret, idq̃ depulsis inde custodibus occuparet, huius conatum Rex simili astu adiuuare voluit, ad præfectum arcis quendam ex suis hominem sibi fidum mittit, qui præfecto tributarij sui seruo mandet, vt ea quæ petebat sibi administret, atq̃ ad se veniat, Præfectus autem Ioannes Kovuar rei bellicæ eiusmodiq̃ artium non ignarus, nulla conditione induci potuit, vt castro exiret, verum simpliciter respondit se nondum edoctum esse principem suum tartarorum tributarium & seruum esse, quod si edoceretur, scire se quid facto opus foret, quare illico principis sui litteræ quibus se regi obstrinxerat, proferuntur atq̃ exhibentur. Interim dum ostensis litteris præfecti animus ita sollicitatur, Eustachius suum agens negotium castro magis ac magis appropinquabat quoue magis fucus lateret, Knes Theodorus Lopata homo primarius, aliq̃ complures rutheni, qui in moscouiæ depopulatione in hostium manus deuenerant, certa pecunia redempti restituebantur, ad hæc pleriq̃ ex captiuis negligentius seruati ac de industria quodammodo dimissi in castrum euasserant, ad quos repetendos cum tartari magna multitudine castro appropinquassent, Rutheni metu perculsi, profugos denuo restituissent, Tartariq̃ nihilominus à castro, adeo non recederent vt pluribus subinde aduenientibus

nientibus eorum numerus adaugeretur, rutheni propter imminens periculum in magno terrore summaq; rerum desperatione erant, neque quid facto opus esset satis videbant, Tum Ioannes Iordan nacione Alemanus ex valle Oeni oriundus, Machinarum magister periculi magnitudinem magis quam mosci perpendens, ex suo arbitrio, collocatas ordine Machinas in tartaros & Lithuanos exonerauit, eosq; ita terruit vt relicto castro omnes diffugerent, Rex per Eustachium huius techne artificem, de illata iniuria cum præfecto expostulat, qui cum se inscio ac inconsulto Bombardarium Machinas exonerasse dixisset, omnemq; huius facinoris culpam in illum transtulisset, mox bombardarium tradi sibi rex postulat, atq; vt plerumq; in reb⁹ deploratis fit, maxima pars quo hostili terrore liberarentur hunc dedendum censuere, solo Ioanne Kovuar præfecto renuente, atq; eius maximo beneficio tum alemanus ille seruatus fuit, Nam Rex siue morę impaciens, siue quod milites præda onustos haberet, re sua id exigente, subito (litteris etiam moscouiæ principis quibus se tributarium perpetuo sibi fore obstrinxerat in arce relictis) solutis castris in Tauricam discessit, Porro tantam captiuorum multitudinem ex Moscouia secum duxerat, vt ea vix credibilis esse videatur, aiunt enim numerum octingentorum millium excessisse, quam in capha partim Turcis vendiderat partim interfecerat. Nam senes & infirmi qui vendi magno non possunt adq; laborem perferendum inutiles sunt, apud tartaros iuuenibus non secus ac catulis lepores, quo primę milicię tirocinia inde addiscant, aut lapidandi aut in mare precipitandi aut alio quouis mortis genere interficiendi obiciuntur, qui autem venduntur perpetuo sexennio seruitutem seruire coguntur, quo exacto liberi quidem fiunt, prouincia tamen decedere non audent, Sapgirei Rex Cazan quoscunque ex moscouia captiuos abduxerat in Astrachan Emporio, non longe ab ostijs Vuolgę sito, tartaris vendidit, Tartarorum regib⁹ ita ex Moscouia profectis, basilius Princeps rursus moscouiam redijt, atq; cum ingressu Nicolaum alemanum cuius solertia & diligentia castrum seruatum fuisse dixi, in ipla castri porta, quo ad excipiendum principem ingens multitudo confluxerat, stantem vidisset, clara voce, tua, inquit, fides erga me & diligentia, quam in seruando castro præstitisti, nobis cognita sunt, huiusq; officij gratiam cumulate tibi reponem⁹, Alteri quoq; alemano Ioanni qui ab castro Rezan tartaros exoneratis repente machinis deprehenderat, aduenienti: Saluus nę es inquit, deus nobis vitam dedit, hanc tu denuo nobis conseruasti, magna erit erga te gracia nostra. vterq; se liberaliter donatum iri à principe sperabat, nihil tamen illis datum est, quamuis principem hac de re sepe fatigassent promissorumq; admonuissent, qua principis ingratitudine offensi, dimissionē, vt patriam à qua diu abfuissent, cognatosq; suos possent inuisere efflagitant, ea re effectum est vt decem priori stipendio cuiq; floreni iussu principis adjcerentur, Interea cum in aula principis de rutenorum fuga ad occam quis eius autor extitisset contentio fuisset orta, Seniores in Knes Demetrium Bielski exercitus ducem,

hominem

hominem iuuenem à quo consilia sua spreta fuissent omnem culpam transferebant, eiusq; incuria tartaros occam transisse, contra ille depulsa à se culpa, Andream iuniorem fratrem principis primum omnium fugam iniisse, ceterosq; hunc sequutos fuisse dicebat. Basilius ne seuerior in fratrem quem autorem fugę fuisse constabat, esse videretur, ex præfectis vnum qui vna cum fratre profugerat iniectis cathenis, dignitate & principatu priuauit, ineunte deinde æstate, vt acceptam à tartaris cladem vlciscceretur basilius, ignominiamq; quam fugiens & sub fœno latitans susceperat deleret, coacto ingenti exercitu adiuncto etiam magno tormentorum & machinarum apparatu, quibus antea in bellis uteri nunq; vsi fuerant, profectus ex moscouia cum omni exercitu, ad Occam fluuium columnamq; ciuitatem consedit, inde missis ad Machmetgirei in Tauricam caduceatoribus ad certamen eum prouocat, superiore enim anno se, non indicto bello, ex insidijs furum latronumq; more oppressum fuisse, Ad ea Rex respondit sibi ad inuadendam Moscouiam satis multas vias patere, bella non magis armorum quam temporum esse, proinde ea se suo magis quam alieno arbitrio gerere solere, quibus verbis irritatus basilij animus, tum etiam quod vlciscendi libidine arderet, motis castris Anno Domini 1523. In Novuogardiam inferiorem scilicet, vt inde Cazan regnum depopularetur, occupareq; contendit, inde profectus ad fluuium Sura in finibus Cazanensium, castrum quod à suo nomine appellauit erexit, neq; tum vltra progressus, exercitū reduxit, Sequenti vero anno Michaelem Georgij, vnum ex precipuis consiliarijs suis, maioribus quam prius copijs ad subigendum Cazan Regnum misit, Eo apparatu adeo terribili, Sapgirei Rex Cazani perculsus, accersito ad se ex fratre nepote rege Tauricę, iuuenem tredecim annorum qui interim regno præesset ad Turcarum imperatorem eius auxilium opemq; imploraturus confugit, cum autem iuuenis auunculi monitis parens, iter aggressus ad Gostinovuosero id est Insulam quę mercatorum dicitur, intra Vuolgę meatus, non longe à castro Cazan sitam peruenisset, liberaliter honorificeq; à Regni principibus susceptus est, nam & Seid supremus tartarorum sacerdos, qui in tanta apud eos authoritate ac veneratione est, vt etiam reges aduenienti occurrāt, stantesq; huic equo insidenti manum porrigant, capiteq; inclinato quod solis concessum est regibus tangant, nam Duces non eius manum sed genua, Nobiles vero pedes: plebei vestes tantum aut equum manu attingunt, in eo comitatu fuit Is Seid cum basilij partes clam foueret, sequereturq; : iuuenem capere & Moscouiam vinctum mittere satagebat, sed deprehensus captusq; cultro in publico occiditur, Michael interea dux exercitus coactis in inferiore novuogardia ad machinas commeatumq; deferendum nauibus, quarum tanta multitudo erat, vt fluuius alioqui amplus nauigantium multitudine opertus vndiq; esse videretur, ad Cazanum cum exercitu properabat, cumq; ad mercatorū insulam Gostinovuosero peruenisset locatis septima die Iulij castris, viginti diebus dum equitatum exspectat, ibi commoratus

D est.

est. Interea Cazan castrum, quod ex lignis ertructum erat, per quosdam à moscis subornatos incenditur, ac intuente rutenorum exercitu funditus exuritur, tanta occupandi castri occasio adeo formidine ac ignauia ducis neglecta fuit, vt nec militem ad expugnandum castri collem eduxerit, Nec tartaros id denuo ædificantes impediuerit, verum vigesima octaua eiusdem mensis die, Traiecto in eam partem, qua castrum situm est, vuolga, ad Cazanca flu: cum exercitu consedit, viginti diebus bene gerende rei occasionem captans, ibi moratus, nec longe ab eo Cazanensis quoq; regulus sua castra locat, emissisq; Czeremissis peditibus, rutenos sepius, frustra tamen infestat, quem Scheale Rex qui quoq; ad id bellum nauibus venerat, scriptis litteris admonet, vt regno suo hereditario cedat, ad quæ ille paucis, si regnum hoc meum: Respondit, habere cupis, age, ferro decernamus vtriq; id cui fortuna dederit habeat, dum ruteni ita frustra moras trahunt, absumpto quem adduxerant commeatu, fame laborare incipiunt, nam Czeremissis omnia circumquaq; vastantibus hostiumq; itinera diligenter obseruantibus, nihil adferri poterat, adeo vt nec princeps de exercitus sui, qua premebatur necessitate, cognoscere, nec ipsi quicq; illi significare possent, huic rei duos Basilius præfecerat, vnum Knes Ioannem Paliczki, qui ex Novuogardia instructis commeatu nauibus, secundo fluuio ad exercitum descenderet, relictoq; ibi commeatu, statu etiam rerum præsenti considerato, ocius ad se reuerteretur, alter eandem ob rem cum quingentis equitibus terrestri itinere missus fuerat, qui a Czeremissis, in quos inciderat, cum suis cœsus est, vix nouem per tumultum fuga elapsis, Præfectus grauiter saucius tercio post die in manibus hostium obijt, huius cladis, fama cum ad exercitum peruenisset, tanta in castris consternacio, quam vanus de toto equitatu ad internicionē cœso subito obortus rumor etiam ad auxerat, coorta est, vt nil nisi de fuga cogitarent, in quam cum omnes consensissent, hęsitabant adhuc aduerso ne fluuio, quod difficillimum erat, redirent, an secundo tantisper descenderent, donec alios fluuios attingerent ex quibus post terrestri itinere longo circuitu reuerterentur, in his dum famę supramodum eos vrgente, essent consultacionibus, nouem quos ex quingentorum cæde elapsos fuisse dixi, forte superueniunt, Ioannemq; Palitzki cum commeatu aduenturum nunciant, qui et si cursum suum maturaret, sinistra tamen fortuna vsus, maiore parte nauium amissa, cum paucis in castra peruenit, etenim cum diutino labore fatigatus, vna nocte quietis causa in Vuolgę littus se recepisset, Czeremisse continuo magno accurrentes clamore, quis nam preternauigaret scisitantur, quos Palitzki seruitores, nautarum seruos esse rati, iurgijs increpantes flagris se postero die cæsuros minantur, quod domini sui somnum ac quietem importunis vociferationibus interturbarent, ad quę Czeremisse, cras inquiunt aliud nobis vobiscum negotium erit, nam vinctos vos omnes Cazan ducemus, mane igitur sole nondum apparente cum densissima nebula totum littus occupasset, Czeremissę de repente in naues impetu facto, tantum terrorem rutenis

rutenis incussérant, vt Palitzki præfectus classis, relictis in manu hostium nonaginta maioribus nauibus, in quibus singulis triginta viri erant, soluta à littore naui, medium Vuolgę teneret, nebulaq; tectus fere nudus ad exercitum perueniret, atq; inde post, plurium nauium comitatu rediens, haud dispari fortuna vsus, in Czeremissarum insidias iterum prolapsus est, nauibus enim, quibus deducebatur, amissis, ipse vix cum paucis incolumis euasit, Dum ruteni ita fame hostilięq; vi vndequaq; vrgentur, à basilio missus equitatus Vuiega, fluuio qui a meridie Vuolgam influit, octoq; mil: à Cazan abest. traiecto ad exercitum contenderet, à Tartaris & Czeremissis bis excipitur, cum quibus congressi multis vtrinq; desideratis, Tartaris deinde cedentibus se reliquo exercitui coniunxerunt, atq; ita exercitu equitatu firmato, Cazan castrum quintadecima augusti obsideri ceptū est, qua re cognita, regulus ad alterum oppidi latus in conspectu hostiū, sua quoq; castra locauit, emisso q; subinde equitatu hostium: castra obequitare eosq; lacessere iubet, atq; ita crebrę vtrinq; velitationes fiebant, narratum est nobis ab hominibus fide dignis, qui eo bello interfuerunt, sex aliquando tartaros in planiciem ad Mosci exercitū processisse, quos cum Rex Schęale centum quinquaginta equitibus tartaricis aggredi vellet, à duce exercitus prohibitum fuisse, duobusq; millibus equitum, ante eum collocatis, occasionem rei bene gerendę præreptam sibi fuisse hi cum tartaros circumuenire, & quasi concludere, ne fuga elaberentur: vellent, Tartari eorum conatum hoc astu eludere, insequentibus moscis paulatim cedere, parumq; progressi subsistere, idem mosci cum facerent, eorum tartari timiditatem animaduertentes, mox arreptis arcubus tela in eos torquebant, inq; fugam conuersos persequuti complures sauciabant, moscis denuo in se conuersis paululum cedere iterumq; subsistere, atq; ita hostem simulata fuga ludificare: hęc dum fiunt duo tartarorum equi, tormenti ictu, prostrantur, illesis tamen equitibus, quos reliqui quatuor saluos ac incolumes duobus millibus moscorum spectantibus ad suos reduxere, dum equites se ita mutuo ludificant, magna vi interea admotis tormentis, castrum oppugnabatur, neq; obsessi segnius exoneratis pariter in hostem tormentis, se defendebant in eo certamine Bombardarius quem vnicum in castro habebant, ex rutenorum statione Spherula bombardica ictus occubuit, qua re comperta, mercenarij ex germanis & lithuanis, milites magnam spem ad occupandum castrum concipiunt, quibus si præfecti animus respondisset, haud dubiæ eo die castro potiti fuissent, verum is cum suos inædia, quæ quottidie etiam magis adaugebatur, premi cerneret, priusquam per inter nuncios de ineundis induciis, clam cum tartaris egisset, adeo militum conatum non probauit, vt eos etiam cum iracundia corriperet, verberaq; minaretur, quod se insćio & inconsulto castrum oppugnare auderent, Bene enim in tanta rerum angustia principis sui rebus consultum fore putabat, si initis cum hoste, quibuscunq; induciis, tormenta & exercitum saluum reportaret, Tartari quoq; cognita præfecti voluntate in spem bonam adducti,

conditiones quas præfectus offerebat, ſcilicet vt miſſis in Moſcouiam legatis, pacem cum principe tranſigerent, libenter ſuſceperunt, quibus ita conſtitutis Palitzki præfectus ſoluta obſidione cum exercitu in moſcouiam reuerſus eſt, fama erat præfectum à tartaris muneribus corruptum obſidionem ſoluiſſe, quam quidam natione Sabaudienſis adauxerat, qui cum tormento ſibi commiſſo ad hoſtes deficere vuluiſſet, deprehenſus in itinere, atq; ſeuerius exàminatus confeſſus eſt, ſe deficere voluiſſe, atq; vt plures ad hanc defectionem ſolicitaret, argenteos ſe nummos & pocula tartarica ab hoſtibus accepiſſe, in quem tamen in tam manifeſto ſcelere deprehenſum præfectus nihil durius ſtatuit, Reducto ita exercitu quem centum octoginta millium fuiſſe perhibent, Cazan regis oratores ad pacem firmandam ad baſilium veniunt, qui etiam tum, dum nos moſcouiæ eſſemus, aderant, neque adhuc vlla tunc futuræ pacis ſpes inter eos erat, nam & nundinas, quæ circa Cazan in mercatorum inſula fieri conſueuerant, in Cazanenſium iniuriam baſilius novuogardiam tranſtulit, graui indicta pœna ſi qui in poſterum ex ſuis ad mercatum in inſulam proficiſcerentur, eamq; nundinarum tranſlationem magno Cazanenſibus incommodo futuram ſperabat, atq; vel ſalis cuius tartari illis tantum nundinis copiam à rutenis habebant, emptione adempta, ad deditionem eos cogi poſſe, uerum huiusmodi nundinarum tranſlatione non minus incommodi ſenſit moſcouia, quam ipſi Cazanenſes, plurimarum enim rerum quę ex mari Caſpio Aſtrachan emporio ad hęc Perſia et Armenia p Vuolgam importabant, conſequuta eſt caritas ac penuria, maxime autem nobiliſſimorum piſcium, ex quorũ numero Beluga eſt, qui citra & vltra Cazan in vuolga capiunt.

Hactenus de bello principis moſcouiæ cum tartaris cazanenſibus geſto. Nunc ad intermiſſam de tartaris narrationem denuo redeo, poſt tartaros Cazanenſes primi tartari cognomento Nagai occurrunt, qui vltra vuolgam circa mare caſpium ad fluuium laick ex prouintia Sibier decurrentem habitant, hĩj reges non habent, ſed duces, noſtra tempeſtate tres fratres equali diuiſione prouinciarum facta, ducatũs illos obtinebant, quorum primus Schidack ciuitatem Scharaitzick vltra fluuium Rha, orientem verſus cum adiacente ad laick fluuium regione obtinebat. Alter Coſſum quicquid inter Kamam laick et Rha fluuios eſſet. Schichmamai tertius fratrum Sibier prouincię partem, et omnem circumiacentem regionem poſſidet. Schichmamai interpretatur ſanctus vel potens, Atq; hę quidem regiones omnes fere ſiluoſę ſunt, extra eam quę ad Scharaitzik vergit, quæ campeſtris eſt.

Inter Vuolgam & laick fluuios circa mare caſpiũ habitabant quondam Savuolheñ reges, de quib⁹ poſtea, apud hos tartaros rem admirandã et vix credibilem demetrius danielis vir, vt inter barbaros grauis ac fide ſingulari, nobis narrauit, patrem ſuũ aliquando à principe moſcouię ad Zauuolheñ regem miſſum fuiſſe, in qua dum eſſet legatione, ſemen quoddam in ea inſula melonum ſemini paulo maius ac rotundius, alioqui haud diſſimile vidiſſe

vidiſſe, ex quo in terram condito, quiddam Agno perſimile, quinq; palmarum altitudine ſuccreſceret, idq; eorũ lingua Boranetz quaſi agnum dicas vocaretur, nam & caput, oculos, aures cæteraq; omnia in formam agni recens editi, pellem preterea ſubtiliſſimam habere, qua plurimi in eis regionibus ad ſubducenda capitis tegumenta vterentur, eiusmodi pelles vidiſſe ſe multi coram nobis teſtabantur: Aiebat in ſuper plantam illam ſi tamen plantam vocari phas eſt, ſanguinem quidem habere, carnẽ tamen nullam: verum carnis loco, materiam quandam Cancrorum carni perſimilem, vngulas porro non vt agni corneas, ſed pilis quibusdam ad cornu ſimilitudinem veſtitas: radicem illi ad vmbilicum, ſeu ventris medium eſſe, viuere autem tam diu, donec depaſtis circum ſe herbis radix ipſa inopia pabuli areſcat, miram huius plante dulcedinem eſſe, propter quam à lupis cæterisq; rapacibus animalibus multum appeteretur, Ego quamuis hoc de ſemine & planta totum fabuloſum eſſe exiſtimem, tamen eo quo mihi à dignis viris relata ſunt, modo referenda eſſe putaui.

A Principe Schidack progrediendo in orientem viginti dietis occurrunt populi quos moſci appellant Iurgenci quibus Barack Soltan magni Chan ſeu regis de Cataia frater imperat, à domino Barack Soltan decem dietis itur ad Bebeid Chan, hic eſt ille magnus Chan de Cataia.

Aſtrachan vrbs opulenta magnumq; tartarorum emporium, à qua tota circumiacens regio nomen accepit: decem dierum itinere infra Cazan in citeriore Vuolgæ ripa, ad eius fere oſtia ſita eſt, quidam hanc non ad Vuolgæ oſtia, ſed aliquot dierum itinere inde diſtare aiunt, equidem eo loco quo Vuolga fluu: in multos ramos, quos quidam ſeptuaginta eſſe aiunt ſcinditur, pluresq; inſulas facit totidemq; fere oſtijs Caſpium mare tanta aquarum copia ingreditur, vt procul ſpectantib⁹ mare eſſe videatur Aſtrachan ſitam eſſe puto, ſunt alij qui eam Citrahan appellant.

Vltra Vuiatkam & Cazan ad Permiæ vicinam tartari habitant, qui Tumenſki Schibanſkĩ, & Coſatzkĩj vocantur, ex quibus Tumenſkĩ in ſyluis habitare, decemq; millium numerum aiunt non excedere, alij preterea tartatari trans Rha fluuium ſunt, qui quod ſoli capillos nutriant Kalmuchi vocantur, & ad mare caſpium Schamachia, à qua etiam Regio nomen accepit ita appellati, homines in texendis Sericeis veſtibus excellentes, quorum ciuitas ſex dierum itinere abeſt ab Aſtrachan, quam vna cum regione Rex Perſarum haud ita diu vt aiunt occupauit.

Aſoph Ciuitas ad Tanaim de qua ſupra ſeptem dierum itinere diſtat ab Aſtrachan, ab Aſoph autem Taurica Cherſoneſus, præcipue autem Precop ciuitas abeſt quinque dierum itinere. Inter Cazan autem et Aſtrachan longo ſecundum Vuolgam tractu, ad Boriſthenem vſq; campi deſerti ſunt, quos tartari nullis certis ſedibus inhabitant, præter Aſoph & Achas ciuitatem, quæ eſt duodecim miliaribus ſupra Aſoph ad tanaim, et minori Tanai vicinos tartaros, qui terram colunt certasq; ſedes habent. Ab Aſoph ad Schamachiam ſunt duodecim dietæ.

Ab oriente meridiem versus reflectendo circa metodis paludes & pontum ad flu : Cupa, qui paludes influit, Aphgasi populi sunt, quo loci vsq; ad Merula fluuium qui pontum illabitur, montes occurrunt quos Circassi seu Ciki incolunt, hi montium asperitate freti, nec turcis nec tartaris parent eos tamen christianos esse suis legibus viuere, in ritu & ceremonijs cum græcis conuenire, lingua Slavuonica, qua vtuntur, sacra peragere, ruteni testantur. Audacissimi piratę sunt, nam fluuijs qui ex eorum montibus fluunt, nauibus in mare delapsi, quoscunq; possunt spoliant, eos præsertim qui ex capha constantinopolim nauigant: Vltra Cupa flu : est Mengarelia, quam Eradea flu: interlabitur, Deinde Cotatis quam quidam Colchim esse arbitrantur, Post quem phasis occurrit, qui priusquam mare illabatur haud procul ab ostijs Satabellum insulam facit, in qua fama est, Iasonis naues quondam stetisse, vltra Phasim Trapezus.

Tauricæ Chersonesi paludes, que ab ostijs tanais in longitudinem trecenta miliaria Italica habere dicuntur, ad caput S. Ioannis promontorium quà in arctum coeunt, duo tantum miliaria italica continent, In ea Krijm ciuitas olim regum taurice sedes, à qua Krijmskij nominabantur, postea toto hijstmo, spacio mille ducentorum passuum, ad Insulę formam perfosso, Reges non Krijmskij sed Precopskij, ab illa nimirum perfossione sumpto vocabulo nomen accepere, Precop enim lingua slavuonica perfossum sonat, vnde apparet scriptorem quendam errasse qui procopium quendam ibi regnasse scripsit, Porro tota Chersonesus sylua quadam per medium scinditur, eaq; pars quæ pontum respicit in qua Capha insignis vrbs olim Theodosia dicta, gennuensium colonia, tota à turca possidetur, Capham autem Mahumetes qui expugnata constantinopoli, grecorum imperium destruxit, genuensibus ademit, Alteram Peninsulæ partem tartarus possidet, omnes autem tartari Tauricæ reges originem suam ex Zavuolhensibus regibus ducunt, & cum domestica seditione aliqui regno pulsi fuissent, nec vlquam in vicinia firmam sedem habere possent, hanc europe partem occupauere, veterisq; iniuriæ haud immemores, diu cum Zavuolhensibus dimicabant, donec patrum nostrorum memoria Alexandro magno Duce Lithvuanię in Polonia imperante, Scheachmet rex Zavuolhensis in partes Lithvuanię venit, scilicet vt inito cum Alexandro rege fedære, coniunctis viribus Mahmetgirei regem Tauricæ eijcerent, In quam rem vterq; quidem princeps consensit, cum autem Lithvuani iuxta eorum consuetudinem longi⁹ quam par est, bellum differrent, vxor Zavuolhensis regis eiusq; quem in campis habebat, exercitus moræ tum etiam frigoris impacientes, eorum regem in oppidis quibusdam agentem, sollicitant obmisso poloniæ rege, vt in tempore rebus suis prouideat, quod cum illi persuadere non possent, vxor relicto marito, cum parte exercitus ad Mahmetgirei precopensem regem deficit, cuius impulsu Precopensis exercitum ad profligandas reliquas Savuolhensis copias mittit, quibus dissipatis, Scheachmet Savuolhensis rex infœlicitatem suam videns, sexingentis

gentis ferè equitibus comitatus Albam ad Thijram fluuiũ sitam, spe auxilij à Turca implorandi confugit, in ea ciuitate cum structas sibi, vt caperetur, insidias intellixisset, conuerso itinere, vix media parte equitũ assumpta Chiovuiam peruenit, vbi à Lithvuanis circumuentus captusq;, cum regis poloniç iussu vuilnam deduceretur, obuiam sibi rex progressus, honorifice susceptum ad polonorum cõuentum secum duxit, quo quidem conuentu bellum aduersus Mendligerei decernitur, sed cum Poloni in cogendo exercitu tempus longius, quam par erat, extraherent, tartarus vehementer offensus, denuo de fuga cogitare cepit, in qua deprehensus ad Trokij castrum quatuor à vuilna miliaribus retractus est, quem ego ibi vidi vnaq; cum eo pransus sum, atq; hic Savuolhensium regum imperij finis fuit, cum quibus & Astrachan reges, qui quoq; ex eisdem regibus originem traxerunt, vna perierunt, quibus ita oppressis & extinctis regum tauricæ potentia, maiorem in modum ad aucta, vicinis gentibus terrori erat, adeo vt & regem Poloniæ ad certum stipendium pendendum cogerent, ea conditione vt eorum opera quauis vrgente necessitate vtatur, quin & Moscouię princeps missis subinde muneribus illum sibi deuincire solebat, quod ideo fit quia cum mutuis assidue bellis implicentur, vterq; tartarorum ope armisq; alterum se sperat opprimere posse, cuius ille haud ignarus acceptis muneribus vtrumq; vana spe lactabat, quod vel eo tempore, dum ego Cæsaris Maximiliani nomine apud Moscouiæ principem de pace cum rege poloniæ incunda tractarem apparuit, nam cum moscouiæ princeps ad æquas pacis conditiones induci non posset, Rex polonię precopensem regem pecunia conduxit, vt moscouiam cum exercitu ab vna parte adoriretur, se quoq; ex altera Opotzkam versus impetum in Mosci ditionem facturum, qua arte Polonie rex moscum ad tolerabiles pacis conditiones cogi posse sperabat, quod moscus animaduertens, missis oratoribus suum vicissim, apud tartarum ægit negotium, vt scilicet in Lithvuaniam quam tum omni metu vacuam ac presidio destitutam esse dicebat, vires suas conuerteret, cuius consilium tartarus sui commodi duntaxat ratione habita, sequutus est, atq; is eiusmodi principum dissensionibus potentior factus, cum imperij augendi libidine teneretur neq; quiescere posset, ad maiora animum applicuit, Mamaiq; Nahaicensi principe sibi adiuncto tauricam Anno domini 1524. mense Ianuario cum exercitu egressus regem Astrachan adortus est, cuius vrbem cum ea relicta, metu profugisset, obsedit et occupauit, mansitq; victor in ciuitate sub tectis, Interim Agis Nahaicensium quoq; Princeps fratrem suum Mamai increpat, quod tam potentem vicinum suis copijs iuuaret, preterea eum monet vt Machmetgirei regis indies crescentem potentiam suspectam haberet, posse enim vt insatiabili ille animo esset fieri, vt conuersis in se fratrem q; armis vtrumq; regno depulsum aut interimat, aut in seruitutem deducat, quibus verbis Mamai permotus, fratri nunciat eumq; hortatur vt quam magnis posset copijs ad se properaret, posse enim nunc cum Machmetgirei magno rerum successu

ceſſu elatus ſecurius ageret, vtroſq; eo metu leuari, Agis fratris monitis parens, ad preſcriptum tempus ſe cum exercitu, quem ad defendendas in tot bellis regni ſui fines iam prius coegerat affuturum omnino promiſit, qua re intellecta Mamai cõtinuo regem Machmetgirei monet, ne militem ſoluta diſciplina ſub tectis aleret, corrumperetq; ſed vrbe relicta in campis potius, vt mos eſt degeret, cuius conſilio acquieſcens Rex, militem in caſtra educit, aduolat Agis cum exercitu, ſecq; fratri iungit, atq; hŕj non ita multo poſt Machmetgirei regem nihil tale timentem cum Bathir Soltan filio vigintiquinq; annos nato, prandentem, facto de repente impetu obtruncant, eiusq; maiorem exercitus partem fundunt & reliquos in fugam vertunt, vltra Tanaim tauricam vlq; inſequentes cædunt fugantq;, Præcop ciuitatem quam in Cherſoneſi ingreſſu eſſe dixi obſident, tentatisq; omnibus cum ea nec vi nec deditione potiri poſſe viderent, ſoluta obſidione domum redeunt, horum ergo opera rex Aſtrachan regno ſuo iterum potitus eſt, viresq; regni tauricæ cum Machmetgirei fortiſſimo & feliciſſimo rege, qui potenter aliquandiu imperauit conciderunt, Machmetgirei occiſo, frater eius Sadachgirei Turcarum imperatoris (cui tum ſeruiebat) auxilio precopenſe regnum occupauit: qui cum turcarũ moribus imbutus rarius preter tartarorum morem in publico verſaretur, neq; ſubditis ſuis ſe conſpiciendum exhiberet, à tartaris qui hanc inſolitam rem in principe ferre non poterant, eiicitur, inq; eius locum ex fratre nepos ſubſtituitur, a quo cum Sadachgirei captus fuiſſet, nepotem ne cęde in ſe ſęuiat ſed à ſuo ſanguine abſtineat, ſenectutis ſuæ miſereatur, deniq; vt priuatus reliquum vitę in caſtro aliquo deducere nomenq; duntaxat regium tota regni adminiſtratione nepoti permiſſa, retinere poſſit, ſupplex orat, & impetrat.

Nomina dignitatum apud Tartaros hæc fere ſunt, Chan vt ſupra dixi Rex eſt, Soltan filius regis, Bŕj Dux, Murſa filius Ducis, Olboud Nobilis vel conſiliarius, Olboadulu alicuius nobilis filius, Scid ſupremus ſacerdos homo vero priuatus, Kſi, Offitiorum vero Vlan, ſecunda à rege dignitas. nam reges tartarorum quatuor viros quorum conſilio in rebus grauibus potiſſimum vtuntur, habent, ex his primus Schirni, vocatur. Secundus Barni, tertius Gargni, Quartus tziptzan, Hactenus de Tartaris nunc de Lithvuania Moſcovuiæ vicina dicendum eſt.

Lithvuania Moſcovuiæ proxima eſt, non autem de ſola prouintia, ſed regionibus illi adiacentibus, quæ ſub Lithvuanię nomine comprehenduntur, nunc loquor. Hæc longo tractu ab oppido Circaſs quod ad Boriſthenem ſitum eſt, In Livuoniam vſq; protenditur. Porro Circaſsi Boriſthenis accolæ Ruteni ſunt, alij ab his quos ſupra ad pontum in montibus habitare dixi, his noſtra tempeſtate preficiebatur Euſtachius Taſcovuitz, quem cum Machmetgirei rege in moſcovuiã vna profectum fuiſſe ſupra dixi, vir belli peritiſſimus: aſtucia ſingulari, qui cum crebra cum tartaris commertia habebat ſepius tamen eos fudit, quin & ipſum moſcum, cuius aliquando captiuus fuerat, in magna ſepe pericula adduxit, Eo anno quo nos

nos Moſcovuiæ eramus, miro aſtu moſcos profigauit, dignaq; mihi res viſa eſt, quæ hoc loco aſcriberetur: Tartaros quosdam habitu Lithvuanico in moſcovuiam deduxit, in quos ceu lithvuanos, nullo metu moſcos irruituros ſciebat, ipſe diſpoſitis loco opportuno inſidijs moſcos vlciſcentes præſtolatur, Tartari depopulata parte Sevuere prouinciæ, Lithvuaniam verſus iter arripiunt, indeq; mutato itinere, cum lithvuaniam tenuiſſe cognouiſſent moſci, lithvuanos eſſe rati mox vindictæ cupiditate magno impetu in lithvuaniam irruunt, qua vaſtata cum preda onuſti redirent, ab Euſtachio ex inſidijs circumuenti ad vnum omnes cæduntur, qua re cognita, Moſcus, oratores ad Poloniæ regem qui de illata ſibi iniuria conquererentur, miſit, quibus rex, ſuos non intuliſſe ſed iniuriam vltos eſſe reſpondit, ita moſcus vtrinq; deluſus damnum cum ignominia ferre coactus eſt.

Infra Czircaſsos nullę habitationes chriſtianorum ſunt, Ad Boriſthenis oſtia Otzakhovu caſtrum et ciuitas quadraginta mil: à Czircaſs quam Taurice rex non ita diu Poloniæ regi ademptam poſſidebat, hanc nunc Turcus tenet, Ab otzakovu ad Albam circa oſtia Thiræ que veteri nomine dicitur Moncaſtro quatuordecim miliaribus, ab otzakovu: in Precop quatuordecim mil: A Czercaſs circa Boriſthenem ad Precop quadraginta mil: Supra Czircaſsos ſeptem mil: per Boriſthenem aſcendendo Caijnovu oppidũ occurrit, à quo decem & octo mil: eſt Chiovuia vetus Ruſsię metropolis, quam magnificam & plane regiam fuiſſe ipſe ciuitatis ruinæ monumentaq; quæ in ruderibus viſuntur declarant, apparent adhuc hodie in vicinis montibus eccleſiarum monaſteriorumq; deſolatorum veſtigia, preterea cauernę multę in quibus vetuſtiſs. ſepulchra corporaq; in his nondum abſumpta viſuntur, Ab hominibus fide dignis accepi, puellas ibi vltra ſeptimum annum raro caſtitatem ſeruare: raciones varias audiui, quarũ nulla mihi ſatisfacit quibus mercatoribꝰ abuti quidem, ſed abducere minime licet, nam ſi quis abducta puella deprehenſus fuerit, & vita & bonis, niſi principis clementia ſeruatꝰ fuerit, priuatur, Lex etiam ibidem eſt qua externorum mercatorum (ſi qui ibi forte deceſſerint) bona aut regi cædunt aut eius prefecto. Quod apud Tartaros & Turcas in Chiovuienſibus apud ſe mortuis obſeruatur. Ad Chiovuiam monticulus quidam eſt, per quem mercatoribus via aliquanto difficiliore tranſeundum eſt, in cuius aſcenſu ſi forte currus aliqua pars frangatur res que in curru portabantur fiſco vindicantur. Hæc omnia. D. Albertus Gaſtold palatinus Vuilneñ regis in Lithvuania vicegerens mihi retulit, Porro à Chiovuia aſcendendo per Boriſthenem triginta mil: Moſier ad fluuium Prepetz qui duodecim mil: ſuper Chiovu boriſthenem influit, occurrit, Thurflu: piſcoſus influit prepetz, A Moſier autem ad Bobřanczko triginta: Inde aſcendendo vigintiquinq; mil: peruenitur in Mogilevu, à qua Orſa ſex mil: abeſt. Hæc omnia iam enumerata ſecundum Boriſthenem oppida quę alia in occidentali littore ſita, ſunt regi poloniæ, orientali vero moſcovuiæ prin-

vuiæ principi ſubijciuntur: preter Dobrovunam et Mſtiſlavu quæ Lithvuaniæ ditionis ſunt, traiecto Boriſthene quatuor mil: Dobrovunam indecꝫ viginti Smolentzko deuenit. Ex Orſcha nobis iter fuit in Smolentzko et tum moſcovuiam vſcꝫ.

Boriſovuo oppidum viginti duobus ab Orſa in occidentem mil: abeſt quod Bereſina flu: qui infra Bobrantzko Boriſthenem influit preterlabitur. Eſt autem Bereſina vt oculis conſpexi amplior aliquanto Boriſthene ad Smolentzko: plane puto hunc Bereſinam id quod etiam vocabuli ſonus indicare videtur, ab antiquis Boriſthenem habitum fuiſſe, nam ſi Ptolomei deſcriptionem conſpexerimus Bereſina fontibus magis quam Boriſthenis quem Nieper appellant, conueniet.

Lithvuania porro quos Principes habuerit, quando chriſtianiſmo iniciata fuerit, ab initio ſatis dictum eſt, huius gentis res ad Vuitoldi vſcꝫ tempora ſemper florebant, Si bellum aliunde ipſis immineat, ſuaꝫ aduerſus hoſtium vim defendere debeant, vocati quidem ad oſtentationem magis quam bellū inſtructi magno apparatu veniunt, verum delectu habito cito dilabuntur, quod ſi qui remanſerint, hīj equis veſtibuſcꝫ melioribus, quibus inſtructi nomina dederunt domum remiſſis, cum paucis quaſi coacti, ducem ſequuntur, ceterum magnates, qui certum militum numerum ſuis ſumptibus in bellum mittere coguntur, data duci pecunia, ſe redimentes domi remanent, eaꝫ res adeo dedecori non eſt, vt militiæ præfecti, ducesꝫ publice in conuentibus caſtriſcꝫ proclamari faciant, ſi qui vellent, numerata pecunia exautoratos domum redire poſſe, tanta autem inter hos quidlibet agendi eſt licentia, vt immodica libertate non vti ſed abuti videantur, principumꝫ bona impignorata poſſidebant, adeo, vt principes in Lithvuaniam venientes, ſuis, ni prouincialium ope ſubleuentur, vectigalibus ibi viuere non potuerunt, gentis habitus oblongus arcumꝫ tartarorum, haſtam vero & ſcutum hungarico more gerunt, Equis bonis ijſdem caſtratis, ſine ſoleis ferreis, quos mollibus coercent lupatis vtuntur.

Vuilna eſt caput gentis, ciuitas ampla intra colles ſita, ad confluxum fluuiorum Vuelię & Vuilnę: Welia autem fluuius aliquot infra Wilnam miliaribus Crononem influit. Cronon autem oppidum Grodno nomine haud ita diſſimili, preterlabit, Prutenos populos quondam ordini Theutonicorum ſubiectos (quibus nunc Albertus Marchio Brandenburgenſis poſteaꝫ ſe regi Poloniæ ſubdidit crucemꝫ & ordine depoſito, hereditarius preeſt) a ſamogitis eo loci quo germanicum mare illabitur dirimit, vbi eſt oppidum Mumel, nam Germani Crononem Mumel, patrio vero vocabulo Nemen appellant. Vuilna porro nunc & muro cincta multa templa edesꝫ lapideæ in ea exædificantur, in qua Epiſcopalis ſedes eſt, quam tunc Ioannes regis Slgiſmundi filius naturalis, vir ſingulari humanitate prædictus tenebat, nosꝫ in reditu noſtro humaniter excepit. Preterea parochialis eccleſia & aliquot monaſteria & precipuum franciſcanorum de obſeruantia, cenobium maximis ſumptibus extructum excellit, Multo plura tamen

ſunt

ſunt Rutenorum templa in ea, quàm romanæ obediencię: In Lithvuaniæ Principatu ſunt tres Romanæ obediencię Epiſcopatus: Vuilnen, ſcilicet, Samogithię, & Chiovuienſis, Ruteni vero Epiſcopatus in regno Polonię & Lithvuania aut ſuis incorporatis principatibus, ſunt Archiepiſcopus, Vuilnæ nunc degens, Polocenſis, Vuolodimerienſis, Lucenſis, Pinſki, Chomenſis, Prȩmiſlienſis, Lithvuani melle, cera, cinere quibꝰ potiſſimum abundant queſtum faciunt, quæ magna ab eis copia Gedanum, deinde in Holandiam deferuntur, Picem quoꝫ & aſſeres ad fabricandas naues, frumentum quoꝫ Lithvuania abunde prȩbet, ſale caret, quod venale ex Britania habuit, quo tempore Criſtiernus daniæ regno iectus, mareꝫ piratis infeſtum eſſet, Sal nō ex Britania, ſed ex Ruſsia portabatur, quo etiam nunc vtuntur apud Lithvuanos, Noſtra tempeſtate apud Lithvuanos duo potiſſimum viri bellica laude clari fuere, Conſtantinus Knes Oſtroſki ob multas victorias a vualacho, Moſcoꝫ & Tartaris partas, felicisimus habitus eſt, Preterea Knes Michael Linski, qui cū adoleſcens adhuc in germaniam veniſſet, & apud Albertum Saxoniæ ducem eo tempore, in priſia bellum gerentem ſtrenue ſe geſiſſet, ac per omnes militiæ gradus magnum ſibi nomen peperiſſet, germanorum apud quos adoleuerat moribus imbutus, in patriam rediſſet, apud Alexandrum regem magna authoritate ac ſummo loco fuit, adeo vt rex arduas quasꝫ res ex eius iuditio ac arbitrio cōſtitueret, Accidit autem vt cum Ioanne Savuerſinski palatino Trocenſi, regis cauſa in diſſenſionem veniret, compoſitis tandem rebus, in vita regis, omnia quieta inter illos manebant, at mortuo rege manebat Ioanni alta mente repoſitum odium, nam ex eo priuatus erat palatinatu, tum ipſe & complices atꝫ amici apud Sigismundum regem qui Alexandro ſucceſſerat, crimine affectati imperij, ab emulis quibuſdam delatus eſt, & proditor patriæ nominatus, cuius iniuriæ Knes Michael impatiens, cum ſepe regem appellaſſet, rogaſſetꝫ, vt communi iuditio, quo tantum crimen à ſe depellere poſſe dicebat, cauſam inter ſe et Savuerſinſki actorem diſcerneret, cumꝫ rex illius petitioni locum non daret in hungariam ad Vladiſlaum regis fratrem proficiſcitur, à quo litteris & oratoribus quibus ad cognoſcendam ſuam cauſam rex admonebatur impetratis, tentatisꝫ omnibus, cum cauſæ ſue cognitionem à rege impetrare non poſſet, indignitate rei permotus, Michael tale facinus ſe aggreſſurum, regi dixit, quod ipſi ſibiꝫ aliquando foret mœrori, Ac cum domū iratus ſe recepiſſet, quendam ex ſuis hominem ſibi fidum cum litteris, mandatisꝫ ad Moſcovuiæ principem mittit, ſcripſerat autem, ſi princeps ſecuram liberamꝫ ad ſe veniendi copiam, datis in hanc rem litteris, atꝫ addito iuramento, ſibi promitteret, eaꝫ res honori emolumentoꝫ ſibi apud principem foret, ſe caſtris quę in Lithvuania poſſideret, alijsꝫ vi, aut deditione occupatis, ad ſe deficere velle. Eo nuncio Moſcus qui viri fortitudinem & dexteritatem cognitam haberet, mirifice exhilaratus omnia, quæ à ſe Michael peteret, datis vt volebat litteris, iuramentoꝫ addito, ſe facturum recepit, Rebus ita apud Moſcum

scum ex sententia confectis, Michael vlciscendi libidine flagrans in Ioannem Sauuerslinski, qui tum in curia sua circa Grodno erat (in qua ego postea semel pernoctaui) toto impetu fertur, eumq; ne elabi posset dispositis circum ędes militum stationibus, immisso percussore, quodam Mahumethano in lectulo dormientem opprimit, obtruncatq; : qua re peracta ad castrū Miensko cum exercitu progressus, vi illud aut deditione occupare nitebatur, Sed Miensko occupatione frustratus, alia subinde castra oppidaq; aggressus est, Interea cum regis in se copias aduenire, secq; illi longe imparem esse intelligeret, obmissa castrorum oppugnatione in moscouiam se contulit, vbi à principe honorifice excepto est, nam Lithuaniam illi parem non habere sciebat, vnde magnam de eo spem conceperat, se eius consilio, opera, industria, vniuersam Lithuaniam posse occupare, qua spe haud prorsus frustratus est, nam communicatis cum eo consilijs Smolenczko insignem Lithuaniæ principatum denuo obsedit, & eam viri huius industria magis quam viribus cepit, vnus enim Michael militibus qui in presidio erant, omnem vrbis defendendæ spem, sua presentia ademit, eosq; & metu & policitacionibus, vt castrum proderent, permouit, quod eo audatius maioreq; studio faciebat, quoniam basilius si Michael Smolenczko quacunq; arte potiri posset, se castrum cum prouintia adiacente perpetuo sibi concessurum promiserat, quibus tamen promissis adeo ille postea non stetit, vt Michaelem de pactione se appellantem vana tantum spe lactaret, atq; illuderet. Quare vehementer Michael offensus nondum abolita è pectore Sigis : regis memoria, cuius gratiam, opera amicorum quos in eius aula tum haberet, se facile consequi posse sperabat, ex suis quendam sibi fidum ad regem mittit, secq; si quæ grauius in se comisisset condonaret, rediturum pollicetur, grata hec legatio regi fuit, nuncioq; continuo publicę fidei, quas petebat, litteras dari mandauit, verum cum Michael litteris regijs non prorsus fideret, quo tutius redire posset, à Georgio Pilbeck & Ioanne de Rechenberg equitibus Germanis quos ea authoritate apud regem eiusq; consiliarios esse sciebat, vt regem vel inuitum possent ad seruandam fidem cogere, similes litteras efflagitauit impetrauitq;, sed cum eius rei nunctius in Mosci custodias incidisset, captusq; esset, re patefacta principiq; celeriter significata, Michael Principis iussu capitur, Eodem tempore nobilis quidam ex Trepkonum familia adolescens polonus à Sigismundo rege ad Michaelem moscouiam missus erat vt mandata regis cōmodius exequi posset, perfugam se simulabat, Is quoq; haud meliore fortuna vsus à moscis capitur, & cum perfugam se diceret neq; sibi fides adhiberetur, adeo arcani continens fuit, vt etiam grauiter tortus id non reuelaret, Porro cum Michael captus in conspectum principis in Smolenczko adductus fuisset, perfide inquit, digna te pro meritis pœna affitiam, ad quę ille, perfidiæ crimen quod mihi impingis non agnosco, nam si tu mihi fidem promissaq; seruasses, fidelissimum me in omnibus seruitorem habuisses, sed cum te eam floctifacere, meq; à te insuper eludi

viderem,

viderem, grauè mihi inprimis est, ea quæ animo in te conceperam, me exequi non potuisse, mortem ego semper contempsi quam vel ea causa libenter subibo, ne vultum tuum tyranne amplius conspiciam, deinde principis iussu in magnam populi frequentiam in Vuiesma abducto, vbi supremus belli præfectus proiectis in medium grauibus, quibus vinciendus erat cathenis, Princeps te, inquit, Michael maxima, vt scis, dum fideliter seruires gratia prosequebatur, Postquam autem proditione fortis esse uoluisti, hoc te secundum merita tua munere donat, simulq; cum dicto cathenas illi iniici iubet, qui dum ita spectante multitudine cathenis constringeretur, ad populum conuersus ne captiuatis, inquit, meæ falsa apud vos fama spargatur quid fecerim, curq; captus sim, paucis aperiam, vt vel meo exemplo qualem principem habeatis, quidq; quisq; vestrum de eo sperare debeat aut possit intelligatis, ita orsus totius sui in moscouiam rationem itineris, quecq; princeps scriptis litteris, addito iuramento, sibi promisisset, neq; ulla ex parte promissis stetisset, referebat, cumq; sua de principe expectacione falsus esset, voluisse denuo in patriam redire, ideo se captum esse, qua iniuria cum preter meritum afficeretur, mortem se non magnopere refugere, presertim cum sciret communi lege naturæ omnibus æque moriendum esse, Et cum corpore valido ingenioq; ad omnia versatili esset, multum etiam valebat consilio, seriis, iocosisq; rebus eque idoneus, planeq; vt aiunt omnium horarum vir, qua animi dexteritate multum sibi graciæ authoritatisq; apud omnes germanos presertim, vbi educatus fuerat, cōciliauerat : tartaros Alexandro rege imperante insigni clade profligauerat, neq; à Vuitoldi morte Lithuani tam preclaram à tartaris victoriam reportarunt, Hunc Germani voce Bohemica, Pan Michael vocabant, qui cum vt homo ruthenus grecorum in fide, ritum ab initio eoq; post obmisso romanum sequutus fuisset, quo principis in se iram indignationemq; leniret mitigaretq; in vinculis denuo rutenicum assumpsit, De eius liberatione nobis in Moscouia existentibus multi preclari viri, In primis autem principis coniunx, quę sibi ex fratre neptis erat, apud principem laborabat : intercedebat p eo etiam Cęsar Maximilianus litterasq; speciales in priore mea legatione ad principem nomine suo dederat, quibus tamen vsq; adeo nihil effectum est, vt mihi tum nec aditus ad se pateret : imo ne videndi sui copia dabatur, In altera vero legatione, cum forte de liberatione eius tractaretur, sępius à moscis interrogabar an hominem nouissem, quib⁹ equidem quod in rem suam fore putabam, nomen me dumtaxat eius aliquando audiuisse, respondi, atq; Michael tum liberatus ac dimissus fuit, cuius neptim Princeps viuente adhuc priore vxore cum duxisset, tantam spem in eo ponebat, vt filios suos illi⁹ virtute à fratribus in regno tutos fore crederet : tutorem denicq; filiorum suorū testamento instituerat, Mortuo dein Principe viduam lasciuientem cum identidem increparet, proditionis crimine ab ea insimulatus, captusq; infœlix moritur, Qua re patrata non longe post : ipsam quoq; ita sęuientem, veneno sublatam, adulterum vero Ovu-

tzina

tzina dictum, in partes laniatum ac dissectum aiunt.

Vuolinia inter Lithvuaniæ Principatus gentem bellicosiorem habet.

Lithvuania admodum siluosa est, paludes ingentes & multos fluuios habet, quorum alij vt Bog, Prepetz, Thur, & Beresina orientem versus Boristhenem illabuntur, alij vero vt Boh, Cronon, & narevu, septentrionem versus decurrunt, celum inclemens, animalia omnis generis parua habet, frumento quidem abundat, sed seges raro ad maturitatem peruenit. Gens misera & graui seruitute oppressa, nam vt quisq; famulorū caterua stipatus, domum coloni alicuius ingreditur, impune quiduis facere, res ad vitæ vsum necessarias, rapere: absumere: crudeliter etiam colonum verberare licet. Colonis quauis de causa ad dominos suos absq; muneribus aditus non patet, quod si etiam admittantur, ad officiales & præfectos relegantur, qui nisi munera accipiant, nihil boni decernunt constituunq;. Neque vero hec solum Tenuium ratio est, sed etiam nobilium, si à proceribus impetrare quippiam volunt. Audiui à quodam primario officiale apud regem iuniorem qui dixit, vnum quodq; verbum in Lithvuania aurum esse, Regi quotannis imperatam pecuniam pro defendendis regni finibus pendunt, dominis præter censum hebdomadatim sex dies laborare, Parocho denicq; ducta, vel mortua vxore, liberis similiter natis aut vita defunctis, eo quo confitentur tempore, certam numerare pecuniam coguntur. Tam dura porro seruitute à Vuitoldi tempore in hunc vsq; diem detinentur, vt si quis forte capite damnatus fuerit, de se ipso iubente domino supplicium sumere suisq; manibus se suspendere cogatur, quod si forte facere recusauerit, tum crudeliter cæsus atq; immaniter excarnificatus nihilominus suspenditur, hac seueritate effectum est, vt si iudex aut præfectus in re presenti constitutus, reo moram forte nectenti, minatus fuerit, aut solummodo dixerit festina, dominus irascitur: tum miser grauissima verba extimescens laqueo vitam finit.

Fere in Lithvuania preter eas quæ etiam in germania reperiuntur Bisontes, Onagri, Et feri Equi, Bison est, qui patrio nomine Suber vocatur, germanice Aurox, Onagrum animal poloni vocant, q̃ germanis Ellend est, illi patria lingua Los vocant, altius ceruo auribus prominentibus & naribus & cornibus non nihil à ceruo diuersis, quod si nominis ethymologia ductus Onagrum, asinum siluestrem dicere velis, forma per omnia non respondebit, Onagri enim vngulas sectas habent, quanquam nostro tempore, quod apprime rarum est, reperti sunt solidis ungulis onagri; quas quidam tanquam amuletum contra morbum caducum gestare solent, cornibus latis, cursu velocissimo quę non eò modo quo cetera animalia, sed Gradarij Equi instar, veloci gressu cursum suum perficiunt. Vri pariter quos indigenę Thur Germani Bisontes vocant, in sola Mazouia reperiuntur. Vrus autem est forma bouis nigri, habet longiora cornua quàm Bisons, nec te moueat dictio germanica, que Vrum, Bisontem vocat, & Bisontem aurox, nam ex commentarijs cęsaris habes, germanos Vrorum cornibus

cornibus pro insignioribus poculis quondā vsos fuisse, quem vsum etiam hodie Samogithę obseruant. Vrorū porro cornua que etiam nostro tempore in quibusdam templis auro & argento exornata, veluti rara quedam monimenta reperiuntur, & longitudine & colore à Bisontis cornibus aliquanto breuioribus poculisq; minime aptis facile discernuntur.

Samogithia proxima Lithvuaniæ est prouintia in septentrionem ad mare Baltheum, que Prussiam quatuor mil: ger: spacio à Livuonia diuidit, nullo oppido aut castro munito, insignis. huic ex Lithuuania à principe præfectus quem sua lingua Staroſta quasi seniorem appellant, præficitur: neq; temere is nisi grauissimas ob causas offitio mouetur, sed quoad viuit perpetuo manet. Episcopum habet Romano pontifici subiectum, in Samogithia hoc in primis admirandum occurrit, quod cum eius regionis homines procera vt plurimum statura sunt, filios tamen alios corporis magnitudine excellentes, alios perpusillos ac plane nanos veluti vicissitudine quadam procreare solent, Samogitæ vestitu vili eoq; vt plurimum cinericeo vtuntur, in humilibus casis, ijsq; oblongioribus vitam ducunt, in quibus ignis in medio conseruatur, ad quem cum paterfamilias sedet, iumenta totamq; domus suæ suppellectilem, cernit, solent enim sub eodem quo ipsi habitāt tecto, sine vllo interstitio pecora habere: maiores vrorum cornibus pro poculis etiam vtuntur, audaces sunt homines, & ad bellum prompti, loricis, alijsq; plurimis armis precipue autem cuspide & eo breui ore, venatorum more, in bello vtuntur. Equos adeo paruos habent, vt vix credibile sit ad tantos labores eos sufficere posse, quibus foris in bello domiq; in colendis agris vtuntur. Terram non ferro sed ligno proscindunt, quod eo magis mirandum, cum terra eorū tenax & non arenosa sit, quaq; pinus nunq; crescit, Araturi: ligna complura quib⁹ terram subigunt, locoq; vomeris vtuntur, secū portare solent, scilicet vt vno fracto aliud atq; aliud ne quid in mora sit, in promptu habeant. Quidam ex prouintiæ prefectis, quo prouinciales grauiore labore leuaret, multos ferreos vomeres adferri fecerat, cum autem eo, sequentibusq; aliquot annis, segetes aliqua cœli intemperie expectacioni agricolarum non responderent, vulgusq; agrorum suorū sterilitatem ferreo vomeri adscriberet, nec aliud quicq; in causa esse putaret, prefectus veritus seditionem, amoto ferro, suo eos more agros colere permisit. Prouintia hec nemoribus, syluisq; abundat, in quib⁹ horrendæ quandoq; visiones fieri solent, sunt etiamnum illic Idolatrę complures, qui serpentes quosdam quattuor breuibus, lacertarum instar, pedibus nigro obesoq; corpore, trium palmarum longitudinem non excedentes, Giuoites dictos, tanquam penates domi suæ nutriunt, eosq; lustrata domo statis diebus ad apposítum cibum prorepentes cum tota familia, quoad saturati in locum suum reuertantur, timore quodam venerantur, quod si aduersi quid illis accideret, serpentem deum domesticum male acceptum ac saturatum esse credunt, cū priori ex Moscouia itinere rediens, in Troki veniſſem, referebat hospes meus, ad quem forte diuerteram, se eodem quo ibi eram anno, ab eiusmodi quodā serpentis cultore aliquot aluearia apum

emisse, quem cum oratione sua, ad verum Christi cultum adduxisset, vtq; serpentem quem colebat occideret, persuasisset, aliquanto post cum ad visendas apes suas eo reuersus fuisset, hominem facie deformatū, ore aurium tenus miserabilem in modum diducto offendit, tanti mali causam interrogatus respondit, se q; serpenti deo suo man⁹ nepharias iniecisset ad piaculū expiandum, luendamq; pœnam hac calamitate puniri, multaq; grauiora, si ad priores ritus suos non rediret eum pati oportere, hæc quamuis non in Samogithia sed in Lithvuania sunt acta, pro exemplo tamen adduxi, Melnusq; melius nobiliusue quodq; minus ceræ habeat albumq; sit, q; in Samogithia reperiri aiunt.

Mare q; Samogithiam alluit, quodq; Baltheum, quidam Germanicum alij Prutenicum, nonnulli veneticū, Germani vero alludentes baltheo pelts appellant, sinus proprie dicitur, interluit, namq; Cimbricam Chersonesum quam hodie Yuchtland, et Sunder Yuchtlād germani, latini vero, nomine inde pariter sumpto, luciam vocant, Alluit & germaniam quam Bassam dicunt, incipiendo ab Holsacia, que Cimbricam contingit, dein Lubicensem terram, Item Vismariam, & Rostok, Magnopolensium ducum ciuitates, totumq; Pomeranię tractum, id q; nomen eius loci indicat, Pomorię enim Slauonica lingua est idem ac diceres iuxta mare seu maritimum, Inde prussiam cuius Metropolis est Gdanum, quod & Gedanum et Dantiscum appellatur, alluit, Porro Ducis Prussię sedes est quam germani regium montem appellant, Eo loci certo anni tempore, succinum mari innatans, magno hominū periculo propter subitum maris accessum et recessum aliquando piscatur, Samogithiam vix IIII. mil: contingit, atq; longo tandem tractu Livuoniam & eam partem quam Vulgo khurland, curetos absq; dubio vocant, & regiones que Mosco subsunt. Vuinlandiā denicq; que Svuetensium ditionis est, vnde etiam venedicū nomen originem duxisse arbitrant, circumluit, Ab altera autem parte Svuetiam contingit. Totū autem Danię regnum quod Insulis maxime constat, in hoc sinu cōtinetur, Exceptis Iucia & Scandia que continenti adherent, Gotlandia quoq; Insula regno Danię subiecta, in hoc sinu est, ex qua plericq; Gothos ꝓdiisse putabāt, cum tamen longe angustior sit quam que tantam hominum multitudinem capere potuisset, Preterea si Gothi ex Scandia, pgressi fuissent, ex Gotlandia in Svuetiam & iterum reflexo per Scandiam itinere, quod rationi minime consentaneum est, oportuisset eos reuerti. In Gothia Insula, adhuc Wisby ciuitatis ruinę extant, in qua omnium illac preternauigantium lites ac controuersię cognoscebant ac constituebantur, eō etiam ex longinquis illis maritimis locis causę ac negotia deferebantur prouocabanturq;.

Livuonia ꝓuintia in longitudine secundū mare protenditur, hui⁹ Metropolis est Riga, cui Teutonici ordinis magister p̄est, in ea preter Rigensem Archepiscopū, Riualien et Osilien Episcopi sunt, Oppida habet complura. p̄cipue autem ciuitatē Rigam ad flu: Dvuina nō longe ab ostijs, item Revualiam et Derbten ciuitates, Revualiā rutheni Kolivuan, Derbt, vero Iuryovugorod appellant, Riga nomen suum ytraq; lingua retinet, fluuios

nauigabiles

nauigabiles Rubonem & Nervuam habet. Huius prouintiæ Princeps, fratres ordinis, quorum primi commendatores vocantur, item proceres & ciues, germani fere omnes sunt, Plebs vt tribus fere linguis vtitur, ita in tres ordines seu tribus est diuisa. In Livuoniam ex germanię principatibus Iuliacensi Geldrensi & Monasteriensi quotannis noui & seruitores, & milites deducuntur, quorum pars indemortuorum, alij in eorum locum qui defuncto annuo officio, quasi manu missi in patriam redeunt, succedunt, insigni Equorum copia adeo abundant; firmiq; sunt, vt hactenus tam regis Poloniæ, quam magni Ducis Moscovuiæ hostiles & frequentes in agros eorum incursiones fortiter sustinuerint, seque strenue defenderint.

Anno Domini 1502. Mense Septembri Alexander Poloniæ rex magnusq; Lithvuaniæ dux, Magistrum Liuonienſem Vualtherum, a Pleterberg, pactionibus quibusdam induxit, vt ipse instructo exercitu moscovuiæ ducis prouincias aggrederetur, pollicitus vbi is hostilem terram attigisset, cum magno se exercitu affuturum, Sed enim rex cum ad constitutum tempus, sicuti receperat, non venisset, Moscicq; cognito hostium aduentu, ingenti multitudine Magistro occurrissent, iscq; cum se desertum videret, neq; sine summa turpitudine periculoq; retrocedere posset, suos primum pro tempore paucis adhortat⁹, mox exoneratis tormentis, strenue hostem aggreditur, primoq; impetu rutenos dissipat atq; in fugam conuertit, cum autem pro numero hostium pauciores essent victores, grauioreq; armatura prepediti hostem longius persequi non possent, Mosci recognita, recuperatis animis, denuo in ordines redeunt, atq; Pleterbergij peditatum, qui circiter mille quingenti instructa phalange hosti se opposuerunt, aggressi strenue cędunt, In ea pugna prefect⁹ Matheus Pernauer cum fratre Henrico et vexillifero Conrado Schvuartz, periere, huius vexilliferi egregium facinus memoratur, nam cum hostium telis obrutus confectusq; diutius stare non posset, priusquam occumberet, alta voce virum aliquem fortem, qui vexillum à se reciperet inclamabat, ad cuius vocem Lucas hamersteter, qui se ex Braunsuicen ducibus illegittimo tamen thoro oriundum gloriaretur, illico accurrens, vexillum ex moribundi manibus capere nitebatur, quem Conradus siue quod suspectā haberet illius fidem siue quod tanto honore indignum esse arbitraret, tradere recusauit, cuius iniurię Lucas impaciens, educto gladio manum Conradi cum vexillo amputat, Conradus nihilominus vexillum altera manu et dentibus mordicus apprehendens tenet, laceratq;, Lucas vexilli fragmētis arreptis, proditisq; peditum copijs, ad rutenos deficit, huius defectione factum est, vt quadringenti fere pedites ab hostib⁹ misere trucidarentur, reliqua turba cum equitatu seruatis ordinibus ad suos incolumes rediere, huius cladis autor Lucas postea à moscis captus, atq; in moscovuiam missus in aula principis aliquandiu honesto loco fuit, verum is accepte à Moscis iniuriæ inpaciens ex Moscovuia clam ad Cristiernum Daniæ regem postea profugit, à quo

tormentis preficitur, cum autem pedites aliqui, qui ex ea clade euaserant in Daniam elapsi, illius proditionem regi indicassent, nec cum eo vna militare vellent, Rex Cristiernus eum in Stockholm misit, mutatoq; post regni statu, Iostericus alias Gustaus Svueciæ Rex recuperata Stockholm, Lucã ibi inuentum, numero familiarium suorum ascribit, & Vuiburg oppido preficit, vbi cum nescio quo crimine se insimulari cerneret, veritꝰ grauiora denuo in moscouiam se recepit, vbi ego illum honorifice vestitum, inter principis stipendiarios vidi.

Svuecia

Svecia imperio Mosci contermina. Nortvuegiæ & Scandiæ non secus coniuncta est, atq; Italia Neopolitano regno & Pedemonti, mariq; Baltheo, dein Oceano, & eo quod nunc glaciale appellamus, circumquaq; fere alluitur. Svuecia cuius regia Holmia quam incolæ Stockholm, Rhuteni Stecolna appellant, amplissimum regnum, multas & varias nationes complectitur, inter quas virtute bellica celebres Gothi, qui in Ostrogothos id est orientales & Vestrogothos id est occidentales gothos, pro regionum quas incolũt situ, diuisi indeq; progressi toti orbi, vt plericq; scriptores memoriæ prodiderunt, terrori fuere.

Vormyra

Nortvuegia quam quidam Nortvuagiam appellãt, longo tractu Svueciæ adiacet, mariq; alluitur, atq; vt hæc à Sud id est meridie, ita illa à Nort id est septentrione, ad quem sita est, nomen accepit. Germani enim quatuor orbis plagis vernacula nomina indidere. Prouinciasq; his adiacentes inde denominauere. Ost enim orientem significat vnde Austria quam germani proprie exprimunt Osterreich, Vuest occidentem à quo Vuestualia, ita à Sud & Nort, vt dictum est Svuetia & Nortvuegia.

Ost orients
Vuest occidens

Scandia vero non est insula, sed continens Svueciæ regni pars, que longo tractu gothos contingit, & cuius nunc bonam partem rex daniæ possidet. Ceterum cum eam, harum rerum scriptores, maiorem ipsa Svuecia fecerunt, ex eaq; Gothos et Longobardos progressos fuisse retulerũt: videntur mea quidem sententia, hæc tria regna veluti integrum quoddam corpus. Scandiæ duntaxat nomine comprehendisse, quod tum illa terræ pars inter mare Baltheum quod Finlandiam alluit, & glaciale Mare, incognita fuit, quæq; adhuc propter tot paludes, innumeros fluuios & intemperiem cæli inculta atq; parum cognita est, quæ res fecit, vt plericq; hanc immensę magnitudinis Insulam, vno Scandiæ nomine appellarent.

Comolva

Corela

De Corela supra dictum est, eam & Regi Svueciæ & principi Moscouiæ, quod ditioni vtriusq; Principis interposita est, tributariam esse eaq; re vterq; suam esse gloriatur, cuius fines mare glaciale vsq; protenduntur. Ceterum cum de glaciali mari varia multaq; à plerisq; scriptoribus tradantur haud abs re fore visum est, si illius maris Nauigationem paucis subiungam,

Nauigatio

NAVIGATIO PER MARE GLACIALE.

QVo tempore Serenissimi Principis mei oratorem apud magnum ducem Moscouiæ agebam, aderat forte Gregorius Istoma principis illius interpres, homo industrius, qui apud Ioannem daniæ regem, linguam latinam didicerat, is Anno Domini 1496. à suo Principe cum magistro Dauid natione scoto regis daniæ tunc oratore, quem ego quoq; priori legatione illic cognoui, ad regem daniæ missus, totius itineris sui rationem nobis compendio retulit, quod cum nobis in tanta locorum difficultate arduum & nimis laboriosum videretur, paucis sicuti ab eo accepi describere volui, principio dicebat, se cum Dauid iam dicto Oratore à principe suo dimissos, Novuogardiam magnam peruenisse, cũ autem eo tempore regnum Svueciæ à rege danie defecisset, ad hęc Moscus cum Svuetẽsibus dissideret, atq; adeo comune & consuetum iter illi propter tumultus belli eos tenere non possent, aliud iter longius quidem at tutius ingressos fuisse, ac primum quidem ex novuogardia ad ostia Dvuinæ ac Potivulo difficili admodum itinere peruenisse, dicebat autem iter hoc, quod ob molestias et labores nunquam satis detestari poterat, esse spacio trecentorum mil: conscensis deniq; in Dvuinæ ostijs quatuor nauiculis, littus oceani dextrum se nauigando tenuisse, ibiq; montes altos & asperos vidisse, tandem confectis XVI. mil: sinuq; quodam traiecto littus sinistrum adnauigasse, atq; mari amplo à dextris relicto quod à Petzora fluuio, quemadmodum & adiacentes montes nomen habet, ad Finlappie populos peruenisse, qui etsi humilibus in casis passim secundum mare habitant, ferinamq; propemodum vitam ducant, feris tamen loppis, sunt mansuetiores eos mosco vectigales esse dicebat, relicta postea lopporum terra ac octuaginta mil: nauigatione confecta Nortpoden Regionem Regi Svueciæ subiectam atigisse hanc Ruteni Kaienska semla: populos vero Kayeni appellãt, inde emenso ac superato littore flexuoso, quod in dextrum protendebatur, ad promontorium quoddam quod sanctum Nasum appellant, se peruenisse dicebat. Est autem sanctus Nasus Saxum ingens ad Nasi similitudinem in mare prominens, sub quo antrum vorticosum conspicitur, quod singulis sex horis mare absorbet ac alternatim magno sonitu reddit euomitq; eiusmodi voragìnem, alij vmbilicum maris, alij caribdim dixere, tantam autem huius gurgitis vim esse, vt naues aliasq; in propinquo res attraheret, inuoluere atq; absorberet, neque se vnquam in maiori periculo fuisse aiebat, nam gurgite subito ac violenter nauem qua vehebantur ad se attrahente, vix magno labore renitentibus remis sese euasisse, Superato S. Naso ad quendam montem Saxosum quem circumire oportebat peruenisse, vbi cum ventis reflantibus aliquot diebus detinerent, Nauta Saxum (inquit) hoc quod cernitis Semes appellant, quod nisi munere aliquo à nobis placatum

Kaienska semla

sanctus Nasus

catum fuerit, haud facile preteribimus, quem Isthomã ob vanam superstitionem se increpasse aiebat, increpatus nauta subticuit, totoq; illic quatriduo, vi tempestatis retentos, ventis postea quiescentibus soluisse, cumq; secundo iam flatu veherentur Nauclerũ dixisse, vos admonitionem meam de placando Semes saxo, tanq; vanam superstitionem irridebatis, at nisi ego noctu clam ascenso scopulo, Semes placassem, nequaquam transitus nobis concessus fuisset, interrogatus quid semi obtulisset, auenæ farinam butiro per mixtam super lapidem quem prominere vidimus, se fudisse dicebat, postea cum ita nauigarent aliud ingens promontorium Motka nomine, ad peninsulæ speciem ipsis occurrisse, in cuius extremitate Barthus castrum, quod præsidialem domum significat, esset, habent enim ibi Reges Nordvuegiæ ad defendendos fines militare presidium, tantam autem eius promontorij longitudinem in mare esse dicebat, ut vix octo diebus circumiri possit, qua mora ne impedirentur, & nauiculas & sarcinas per istmum dimidij miliaris interuallo, magno labore humeris traduxerunt, deinde in Dikilopporum qui feri loppi sunt, regionem ad locum Dront nomine, qui ducentis à Dvuina in septen: miliaribus est, nauigasse, atq; eo vsq; moscovuiæ principem, vt ipsi narrant, tributa exigere solere, relictis porro ibi Scaphis, reliquum itineris trahis terra confecisse, Referebat preterea ceruorum ibi greges, vt apud nos boum esse, qui Nordvuegorum lingua Rhen vocantur, nostratibusq; ceruis aliquanto maiores sunt, quibus Loppi vice iumentorum vtantur, hoc modo vehiculo in Scaphæ piscatoriæ formam facto, ceruos iungunt, in quo homo, ne citato ceruorum cursu excidat, pedibus alligatur, Lorum quo ceruorum cursum moderat sinistra, dextra vero manu baculum tenet, quo vehiculi si forte in aliquam partem plus æquo vergeret, casum sustineat, atq; eo vehendi genere viginti mil: se vno die confecisse. ceruumq; tandem dimisisse, quem ad dominum suum stabulaq; consueta sponte redijsse dicebat, Eo tandem itinere confecto, ad Berges ciuitatem Nordvuegiæ recta in septen: inter montes positam, indeq; equitatione in Daniam peruenisse, Cæterum apud Dront & Berges in solstitio æstiuali dies viginti duarum horarum esse dicitur, Blasius alter Principis interpres, qui paucos ante annos à Principe suo ad Cæsarem in hispaniam missus fuerat, diuersam magisq; compendiariam itineris sui rationem nobis exposuit, Dicebat enim cum ad Ioannem Regem Daniæ missus fuisset ex Moscovuia, Rostovu vsq; pedes venisse, conscensis nauibus Pereaslavu, à Pereaslavu per Vuolgam in Castromovu, indeq; septem verst terrestri itinere ad fluuiolum quendam se peruenisse, per quem cum in vuolochdam primum, Suchanam deinde, & Dvuinam ad Berges vsq; Nordvuegiæ vrbem nauigasset, omniaq; pericula et labores quos Istoma supra retulit, nauigando superasset, recta tandem Hafniam Daniæ Metropolim quæ germanis Koppenhagen dicitur, peruenisse, in reditu vterq; se per Livuoniam in Moscovuiam reuersos fuisse, illudq; iter anuo spacio confecisse dicebat, quamuis alter Gregorius Istoma se media huius temporis parte tis parte tempestatibus in plerisq; locis detentum & remoratum fuisse aiebat, vterq; tamen constanter affirmabat, se mille & septingenta verst, hoc est 340 miliaria hoc itinere peregrasse, Demetrius item ille qui nouissime apud summum Pontificem Rome oratorem egit, ex cuius etiam relatione Paulus Iouius moscovuiam suam descripsit, perq; hoc ipsum iter in Nordvuegiam & Daniam missus venerat, omnia supra dicta ita se habere confirmauit, ceterum hi omnes, de congelato seu glaciali mari à me interrogati nihil aliud responderunt, quàm se in maritimis locis plurimos & maximos fluuios, quorum vehementi & copioso influxu maria longis spacijs ab ipsis littoribus propelluntur vidisse, eosq; ab ipsis littoribus per certa spacia vna cum mari cõgelari, vti fit in Livuonia alijsq; Svuecię partibus, quamuis enim concurrentium ventorum impetu glacies in mari frangatur, in fluminibus tamen raro vel nunq; nisi inundatio aliqua superueniat, glacies tum congesta eleuatur frangitur, Nam glacierum frusta fluuiorum vi, in mare delata, per totum fere annum supernatant, adeoq; frigoris vehementia denuo concrescunt, vt aliquando plurium annorum glaciem in vnum concretam ibi cernere liceat, quod ex frustis quæ a ventis in littus propelluntur facile cognoscitur, eqidem et Baltheum mare in plurimis locis & sepius congelari à fide dignis audiui. Dicebant etiam in ea regione, quæ à feris loppis habitatur, Solem æstiuali solstitio quadraginta diebus non occidere, Tribus tamen noctis horis corpus solis calligine quadam obductum, vt radij illius non appareant, videri: tantumq; luminis nihilominus præbere, vt nemo à labore suo tenebris excludatur, Moschi iactant se ex illis feris Loppis habere vectigal, quod & si verisimile non sit, mirum tamen non est, cum alios vicinos ab ipsis vectigal exigentes non habeant. Tributi autem loco pelles & pisces cum aliud non habent pendunt, persoluto autem annuo tributo nemini se quicquam debere, suiq; se iuris esse gloriantur, Loppi quamuis pane sale aliŋsq; gulæ irritamentis carent, solisq; piscibus et feris vtuntur, multum tamen proni in libidinem esse perhibent, Sagittarij porro peritissimi omnes, adeo vt si quas nobiliores in venatione feras nanciscantur, eas quo pelle integra & imaculata pociantur, missa in Proboscidem sagitta, interficiunt, Mercatores alioq; hospites peregrinos domi cum vxore venatum cuntes relinquunt, reuersi, si vxorem hospitis consuetudine letam ac solito hilariorem reperiant, munere aliquo hunc donant, sin minus turpiter expellunt, iam consuetudine hominum externorum, qui quæstus gratia eo commeant innatam feritatem deponere ac mansueciores fieri incipiunt, Mercatores libenter admittunt à quibus ex crasso panno, vestes, item secures acus', coclearea, cultri pocula, farina, ollæ idq; genus alia ipsis afferuntur, ita vt coctis iam cibis vescantur humaniores mores induerint, vestibus quas ipsi ex diuersis ferarum pellibus consuunt, vtuntur, eoq; hãbitu in Moscovuiam aliquando veniunt, pauciissimi tum caligis ac Pileis expelle ceruina confectis vtuntur, Nullus illis aureæ & argenteæ monetæ vsus, sola rerum permutatione contenti, & cum

& cum aliorum idiomata non calleant, apud exteros muti propemodum esse videntur. Tuguriola sua corticibus arborum tegunt, & nusquam certas sedes habent, sed absumptis vno loco feris ac piscibus, alio migrant. Narrabant etiam predicti Moscouię principis oratores, se in eisdem partibus altissimos montes ad Aethnæ similitudinem flammas semper eructantes vidisse, & in ipsa Nordvuegia multos montes perpetua conflagratione corruisse, qua re adducti quidam purgatorium ignem ibi esse fabulantur, de quibus montibus, dum legatione apud Cristiernum Danorum Regem fungerer, eadem fere ab Nordvuegię præfectis, qui tum forte aderant, accepi, Circa ostia Petzore fluuij, que sunt dextrorsum ab ostijs Dvuinæ varia magnaq; in Oceano dicuntur esse animalia inter alia autem animal quoddam magnitudine bouis quod accolę Mors appellant, breues huic instar castorum sunt pedes, pectore pro reliqui corporis sui proportione aliquanto alciore laciorecq;, dentibus superioribus duobus in longum prominentibus, hoc animal sobolis ac quietis causa, cum sui generis animalibus, oceano relicto gregatim montes petit, vbi antequam somno, quo natura profundiore opprimitur se dederit, vigilem gruum instar, ex suo numero constituit, qui si obdormiscat aut forte à venatore occidatur, reliqua tum facile capi possunt: sin mugitu vt solet, signum dederit, mox reliquus grex excitatus, posterioribus pedibus dentibus admotis summa celeritate tanquam vehiculo per montem delapsi in oceanum se precipitant, vbi in supernatantibus glacierum frustis pro tempore etiam quiescere solent, ea animalia venatores solos propter dentes insectantur, ex quibus Mosci Tartari & imprimis Turci gladiorum & pugionum manubria affabre faciunt, hisq; pro ornamento magis quam vt grauiores ictus, vt quidam fabulatus est, incutiant: vtuntur. Porro apud Turcos Moscos & Tartaros, hi dentes pondere veneunt piscium q; dentes vocantur.

Mare Glaciale vltra Dvuinam ad Petschora & Obi ostia vsq; longe lateq; protenditur, vltra quæ Engronelandt regionem esse aiunt, eam cum ob altos montes, qui perpetuis niuibus obsiti rigent perpetuamq; glaciem mari innatantem que nauigationem impediat periculosamq; faciat, à conuersatione seu commertio nostrorum hominum seiunctam atq; ideo incognitam esse audio.

De modo

DE MODO EXCIPIENDI ET TRACTANDI ORATORES.

ORator in Moscouiam proficiscens, eius q; limitibus appropinquans nuncium ad proximam ciuitatem mittit, qui eius ciuitatis præfecto indicet, se oratorem talis domini limites Principis ingressurum, mox præfectus non solum à quo principe mittatur, sed cuius etiam condicionis dignitatisue sit ipse orator, Item quottus veniat diligenter inquirit, quibus cognitis aliquem cum comitatu, habita tam principis, à quo mittatur dignitate quam oratoris ratione, ad excipiendum & deducendum oratorem mittit, interim etiam Magno duci vnde & à quo veniat, cõtinuo significat, missus ex itinere pariter aliquem ex suis præmittit, qui oratori significet, magnum hominem aduenire, qui eum certo loco (locum designans) excepturus sit. Porro magni hominis titulo propterea vtuntur, quod illud prædicatum magnus, tribuitur omnibus excellencioribus personis, neq; enim quenq; strenuum aut nobilem aut Baronem illustrem, aut magnificum, vocant, aut alio deniq; id genus titulo ornant. Ceterum quum in rem presentem ventum fuerit, missus ille adeo non cedit loco, vt niuem hyberno tempore vbi subsistit, verrere seu terere ita iubet, quo orator præterire queat, ipse interim via trita seu publica non cedit. Preterea in congressu et hoc obseruare solent, mittunt nuncium ad oratorem, qui eum admoneat, vt ex equo aut vehiculo descendat, si autem aliquis aut lassitudinem aut ęgritudinem causatus fuerit, tum respondent, quod nec proferre, nec audire verba domini, nisi stando liceat, imo missus diligẽter cauet, ne prior ex equo aut vehiculo descendat, ne videretur hac re derogare domino suo, quin vbi oratorem ex equo descendere animaduertit, tum primum & ipse descendit.

(In priore mea legatione nunctiabam occurrenti extra moscouiam, me fessum esse de via, & vt in equis expediremus expedienda at sibi id faciundum (repetita priore causa) nequaquam videbatur, interpretes & alij iam descenderant, monentes me, vt & ego descenderem, quibus respondebam quam primum moscus descendet me quoq; descensurum, equidem cum viderem ipsos eam rem tanti facere, deesse ipse quoq; domino meo, eiusq; minuere authoritatem pariter nolui, sed enim prior descendere quũ renueret, illaq; superbia aliquantisper protraheretur, finem facere volens, moui pedem ex subijce ephippiario, tanquam descensurus, qua re animaduersa missus continuo ex equo descendit, ego vero lente me ex equo detuli ita vt illum à me illusum esse penituerit.)

Sub hec accedens aperto capite, inquit, magni domini Basilij dei gratia Regis, & domini tocius Rusiæ & magni Ducis &c: recitando pociores principatus Locumtenens & Capitaneus. N. prouinciæ &c: iussit tibi loqui, Postquam intellexit te Oratorem tanti domini ad magnum dominum nostrum venire, misit nos tibi obuiam, vt te ad se deduceremus, repetendo

tendo titulum principis & Locumtenentis, Præterea nobis demandatum
est, vt inquireremus quam sane equitaueris (Is enim modus est in excipi-
endo, quam sane equitasti?) Dein oratori dextram missus porrigit, necꝫ
rursus honorem prior exhibet, nisi videat oratorem caput suum aperire,
sub hæc humanitatis forte officio adductus, vltro oratorem compellat,
querens quam sane equitasset, Postremo dat signum manu innuens, ascen-
de & vade, consensis tandem equis aut vehiculis, subsistit loco vna cum
suis, necꝫ via cedit oratori, sed postremus à longe sequitur, curatꝫ diligen-
ter ne quisꝫ retrocedat aut subsequatur, Procedente oratore mox scisci-
tantur primum nomen Oratoris & singulorum seruitorum, item nomina
parentum & ex qua quisꝫ Prouincia oriundus sit, qualem quisꝫ calleat
linguam, & cuius sit condicionis, an Principis alicuius seruitor, an oratoris
consanguineus, aut affinis sit, & an prius quoꝫ in eorum Prouincia fuerit,
quę singula ad magnum ducem per litteras continuo referunt, Porro cum
paululum progressus est Orator, occurrit homo mandatum dicens se à
Locumtenente habere vt sibi de omnibus necessarijs prouideat.

Dobrovuna igitur oppidulo Lithvuaniæ ad Boristhenem sito egressi
octoꝫ eodem die miliaribus confectis, cum limites Moscovuiæ attigisse-
mus, sub diuo pernoctauimns, fluuiolum aquis redundantem, ponte tra-
uimus, vt post mediam noctem inde progredi & Smolentzko peruenire
possemus, Nam ab ingressu seu limite in principatum Moscovuiæ, Smo-
lensco Ciuitas duodecim miliaribus tantum germanicis distat: mane cum
ad vnum fere mil: ger: progressi essemus, honorifice suscipimur, atꝫ inde
vix ad dimidium miliare progressi, loco sub diuo nobis constituto pacien-
ter pernoctauimus, Postero die rursus ad duo mil: progressi locus per-
noctandi constitutus fuit, vbi à deductore nostro prolixe & laute accepti
sumus, Cęterum sequenti die (quæ erat dies Palmarum) quamuis serui-
toribus nostris mandaueramus, vt nullibi subsisterent, quin cum Sarcinis
recta Smolentzko contenderent, eos tamen, vix ad duo mil: ger: pro-
gressi, in loco ad pernoctandum constituto detentos inuenimus, nos autem
cum vlterius pergentes viderent, obsecrabant, vt saltem ibi prandium su-
meremus, quibus parendum erat, ea etenim die Deductor noster, Orato-
res sui domini ex Hispania à Cęsare nobiscum reuertentes, Knes Iohannem
Posetzen laroslavuski, et Simeonem Trophimovu Secretarium inuitaue-
rat, Ego qui sciebam causam cur nos tam diu in his solitudinibus detinerent
(miserant etenim ex Smolentzko ad magnum ducem, nunctiando aduen-
tum nostrum, exspectantes responsum, an liceret nos ducere in castrum
nec ne) volui experiri animum illorum, ingrediorꝫ viam Smolentzko
versus, id alij procuratores cum animaduertunt, è vestigio ad deductorem
currunt, discessum nostrum nunciant, mox reuersi, orant, miscentes etiam
precibus minas, vt maneremus, Sed illis interea huc atꝫ illuc cursitantibus
cum ad tertium fere pernoctandi locum peruenissemus, meus procurator,
inquit, Sigismunde quid agis? cur p arbitrio tuo in alienis dominijs contra

ordinacionem

ordinationem domini progrederis, Cui respondi equidem non sum assue-
tus in syluis more ferarum, sed sub tectis et inter homines viuere. Oratores
domini vestri transierunt per regnum domini mei pro arbitrio suo & de-
ducti sunt, per ciuitates, oppida & villas, hoc idem & mihi liceat, necꝫ est
mandatum domini vestri, necꝫ causam necessitatemue tantæ moræ video,
Postea aiunt sese parum deflexuros, causantes noctem iam imminere, præ-
terea sero castrum ingredi haud quaꝫ cōuenire, horum autem nos causas,
quas pretendebant contemnentes, recta Smolentzko contendimus, vbi
tum angustis tugurijs, procul à castro accepti fuimꝰ, vt equos, nisi prius
effractis ianuis, inducere non poteramus: sequenti die rursus per Boristhe-
nem traducti ex oppositο fere castri ad Boristhenem pernoctauimus, tan-
dem Locumtenens per suos nos excipit, atꝫ quintuplici fere potu honorat
Maluatico scilicet & greco vino, Cętera erant Medones varij, item pane
& certis ferculis, mansimus in Smolentzko decem dies, exspectantes re-
sponsum magni ducis, venerant duo nobiles à magno duce, vt nostri cu-
ram haberent, noscꝫ Moscovuiam deducerent, ædes vtriusꝫ nostrum
ingressi, ornati comodis vestibus nequaquam caput aperientes, putabant
id nos priores facere oportere, quod tamen negleximus, Postremo cum
mandatum principis vtrinꝫ referendum & audiendū esset, prolato Prin-
cipis nomine honorem exhibuimus, Cęterum quemadmodum varijs in
locis detenti, tardius Smolentzko veneramus, ita ibi quoꝫ diutius quam
par fuit, detinebamur, ne autem longiore mora grauius offenderemur, aut
ipsi desiderio quodammodo nostro deesse viderentur, semel atꝫ iterum
nos accesserant, dicentes, cras mane discedemus, nos itaꝫ mane equos ce-
leriter adornauimus accinctiꝫ tota die expectauimꝰ, tandem vesperi cum
quadam pompa veniunt, secꝫ eo die haud quaꝫ expedire potuisse, respon-
dent, cras mane tamen rursus, vt antea, iter sese ingressuros pollicentur
quod pariter distulerunt, nam vix tertia die post, circa meridiem discesse-
ramus, eaꝫ tota die ieiunauimus, sequenti quoꝫ die longiꝰ iter constitue-
rant cū quo currus nostri peruenire possent, Interea temporis omnes fluuij
hibernis niuibus dissolutis, aquarum multitudine redundabant, Riuuli
quoꝫ nullis coerciti ripis, ingentem aquarum vim voluebāt, adeo vt tuto
citraꝫ maximos labores transiri non possent, Pontes enim ante horam
duas aut tres facti, exundantibus aquis natabant, parum abfuit quin co-
mes Leonhardus de Nugarolis Cæsaris Orator, altera die post discessum
à Smolentzko submersus fuisset, equidem dum in ponte iam iam natante
starem, curaremꝫ vt impedimenta transportarentur, equus sub eo con-
ciderat, eumꝫ in cæca ripa reliquerat, Procuratores duo illi proximi tum
comiti, ne pedem quidem auxilij ferendi gracia mouissent, adeo vt nisi alij
à longe accurrissent, eumꝫ iuuissent, actum de eo fuisset, veneramus eo
die ad quendam pontem, quem Comes cum suis, maximo periculo transie-
rat, Ego qui Currus sciebam haud subsequuturos, citra pontem mansi, &
villici cuiusdam domum sum ingressus, Et cum Procuratorem negligen-
tius cibum curare viderem propterea quod sese comeatum premisisse re-
spondāret. Ipse à matrefamilias cibum quem libenter et iusto precio dabat,
comparabam, hocille vbi resciuit matronæ illico inhibuit, ne quicquam

mihi venderet, quod cum animaduerti, nuncium illius accersi, mandauiq; vt procuratori diceret, vt aut cibum tempestiue ipse curet, aut emendi copiam permittat, quod nisi faciat, caput sim illi diminuturus. noui, inquàm, morem vestrum, multa conquiritis ex mandato domini, & hoc nostro nomine, quę tamen nobis non porrigitis, ad hoc non permittitis, vt nostris sumptibus viuamus. minatus sum, hæc me principi dicturum, his verbis minui illius authoritatem, ita vt deinceps me non solum obseruaret, sed quodammodo veneraretur, Post venimus ad confluxum Voppi & Boristhenis fluuiorum, ibiq; onerauimus Boristhenem sarcinulis nostris, quę Mosaisko vsq; aduerso flumine portabantur, nos vero Boristhene superato, in quodam Monasterio pernoctauimus, sequenti die equi nostri in spacio dimidij mili: ger: tres flu: aliosq; plurimos riuulos redundantes non sine periculo natare cogebantur, Nos illos per Boristhenem Scalmis Piscatorijs à Monacho quodam vecti circumiuimus, atq; tandem xxvi. Aprilis Moscouiam attigimus, A qua cum dimidio mil: ger: aberamus occurrit nobis festinabundus sudoreq; diffluens, senex ille Secretarius, qui in Hispanijs legatus erat, nuncians dominum suum nobis obuiam mittere, magnos homines, nominans eos, qui nos prestolarent, excepturiq; essent, adhęc ait decere vt in congressu ex equis descendamus, & stantes verba domini audiamus, postea manu porrecta confabulabamur, equidem inter alia causam tanti sudoris cum quesiuissem, mox alta voce respondit, Sigismunde, est alius mos seruiendi apud Dominum nostrum, quàm tuum, porro cum ita pgredimur, videmus longo ordine veluti exercitum quendam stantes, atq; mox nobis appropinquantibus ex equis descendentes, quod & ipsi vicissim fecimus, cęterum in ipso congressu, quidam inicio ita orsus est, Magnus Dominus Basilius Dei gratia Rex & dominus totius Russiæ &c: (totum titulum recitans) intellexit, vos Oratores fratris sui Caroli Electi Ro: Imp: & supremi Regis, ac eius fratris Ferdinandi, adueniisse, misit nos suos consiliarios nobisq; iniunxit, vt à vobis inquireremus quàm sanus esset frater suus Carolus Ro: Imp: & supremus rex. sub hęc similiter de Ferdinando, Secundus ad Comitem Leonharde Comes, inquit, Magnus Dominus, totum titulum recensens, iniunxit mihi vt tibi obuiam irem, teq; in hospicium vsq; deducerem, tibiq; de omnibus necessarijs prouiderem. Tertius hoc idem ad me dixit, hęc aperto capite, vtrinq; cum dicta & audita essent, Primus rursus inquit, Magnus Dominus recitando titulum, iussit vt ex te, Leonharde Comes, inquirerem, quàm sane equitasses, hoc idem ad me, quibus iuxta eorum consuetudinem respondimus. Deus det sanitatem magno Principi, clementia autem Dei & Gracia magni ducis sane equitauim⁹. Idem hoc rursus, Magnus Dux &c: subinde titulum repetens, misit tibi Leonharde gradarium cum ephippio & alium quoq; equum ex suo stabulo. hec eadem ad me, ad quæ cum gratias egissemus, porrigunt nobis manus & vterq; vtrumq; nostrum ordine interrogant, quàm sane equitassemus, Tandem dicebant decere vt Dominum eorum honoremus, equosq; donatos conscendamus, quod quidem fecimus, atq; fluuio Moscua traiecto, premissisq; alijs omnibus subsequimur. In Ripa porro est Monasterium inde per planiciem perq; medias hominum

oratoris Basilij

num turbas, que vndiq; accurrebant, in ciuitatem atq; adeo diuersoria ex opposito sita deducti sumus, Erant autē ędes vacuę et habitatorib⁹ et omni suppellectile, vterq; Procurator indicabat suo Oratori, se vna cū illis procuratoribus qui nobiscum ex Smolentzko venerāt, habere à domino mandatum, nobis vt de omnibus necessarijs, puideant, statuebant etiam coram nobis scribam dicentes, illum constitutum esse, vt quottidie cibum & alia necessaria afferat, hortantur deniq; vt si quid vsquàm nobis deesset, illis id significaremus, deinceps singulis fere dieb⁹ nos inuisebant, semp de defectu inquirentes, habent constitutam sustinendi rationem, aliam pro Germanis aliam pro Lithuanis, aliam pro aliorū Oratoribus, habent inquàm certum numerum & eum quidem prescriptū, constituti Procuratores, quantum videlicet dent, panis, potus, carnis, auenæ, fœni & aliarum omnium rerum iuxta numerum singularum personarum, sciūt quantum lignorum ad culinam, item quantum ad vaporaria calefacienda, quantum salis, piperis, olei cæpe aliarumq; minimarum rerum in singulos dies dare debent, Eandem rationem quoq; obseruant Procuratores qui Oratores deducunt et reducunt ex Moscouia, Cęterum quàmuis satis superq; tam cibi quam potus suppeditare solebant, tamen omnia fere quæ pecieramus, prioribus commutata dabant, quintuplicem potum semp afferebāt, triplicem medonem, duplicem ceruisiam, Aliquando pro certis reb⁹ mea pecunia ad forum miseram, precipuę vero pro viuis piscibus: id grauiter ferebant, dicentes, domino eorum inde magnam fieri iniuriam, Indicabam etiam Procuratori me nobilibus, quorum quinq; numero mecum habui, lectulos curare velle, at ille mox respondebat, nō esse consuetudinem lectulis cuiquam prouidere cui respondi, me non petere, sed velle emere, atq; ideo secum communicare ne posthac, vt antea irasceretur, sequenti itaq; die reuersus inquit, retuli ad consiliarios domini mei de quibus heri colloquebamur, iniunxerunt mihi ut tibi dicerem ne nūmos pro lectulis exponeres, nam quemadmodum nostros homines in partibus vestris tractastis, eadem ratione sese & vos tractaturos pollicentur, Cum autem per biduum quieuissemus in hospicio, quesiuimus à Procuratoribus nostris, qua die Princeps nos accersurus auditurusq; esset, quandocunq; volueritis respondent, referem⁹ ad consiliarios domini, mox petiuimus: Erat nobis constitutus terminus, sed in alium diem reiectus, Pridie autem eius diei venerat ipse Procurator, dicens, Cōsiliarij dñi nostri mandarunt mihi, vt tibi nunciarem, te cras ad principem nostrum iturū, Porro quotiescunq; nos vocarunt semp interpretes secum habuerunt: eodem vesperi reuertitur interpres & dicit, præpara te, quia vocaberis ad conspectum domini, item mane reuertitur rursus cōmonens hodie eris in conspectu dñi, dein uix quartali vnius horę elapso, similiter vtriusq; nostrū venit procurator, dicens, iam iam magni homines, p uobis venient, atq; ideo decet vos in easdem conuenire ędes, Cū itaq; Cesareum Oratorem accessissem, cōtinuo Interpres aduolat, Magnos homines eosq; precipuos apud principem viros qui nos in Aulam essent deducturi nunc adesse ait, Erat autem quidam Knes Basili⁹ Iaroslauuski magno duci sanguine iunct⁹, alter vnus ex ijs qui nos nomine principis exceperat, quos comitabantur plurimi nobiles, interim procuratores nostri monebant nos, ut

Rus minssary

illis magnis hominibus honorem exhiberemus & obuiam iremus, quibus
respondim⁹, scire nos debitū offitium nostrū, atq; etiam facturos: cęterum
cum iam illi ex equis descendissent, atq; hospitale diuersoriū comitis ingre-
derent Procuratores subinde nos vrgebant, vt illis obuiam ꝓcederemus,
eorumq; principem in deferēdo honore, nostris dñis quodamodo prepo-
neremus, Nos vero interim dum illi ascenderēt, nunc hoc nūc aliud impedi-
mentū simulantes, occursum tardamus, atq; recta in medijs gradib⁹ in illos
incidimus, eosq; ut aliquantisper respirarēt in habitacionē ducere uoluim⁹,
sed id facere renuebant, Ipsecq; Knes inquit, magnus domin⁹ (recitando in-
tegrum titulū) iussit uos ad se uenire, mox consensis equis magna comitāte
caterua progressi in tantas hominū turbas iuxta arcem incidimus, vt ꝑ eas
vix magno Satellitū labore ac opera penetrauimus, Est enim ea apud illos
consuetudo, vt quociescunq; insignes externorū principum ac regū ora-
tores in aulam deducendi sunt, tum vulgus nobilium stipendiarij ac milites
ex circūiacentibus ac vicinis regionibus, iussu principis conuocantur, urbis
tabernę omnes ac officinę, sub id tempus occludunt, vendentes ac ementes
foro pelluntur, ciues denicq; vndiquaq; conueniunt, hoc autem eo fit, vt ex
tam immēsa hominū multitudine subditorumq; turba, principis apud alie-
nigenas potentia, ex tantis autem externorum Principū legationibus Ma-
iestas apud omnes appareat, Porro arcem ingredientes diuersis in locis ceu
regionibus, diuersi ordinis homines collocatos vidimus, iuxta portam sta-
bant ciues: Milites vero & stipendiarij aream tenebant, qui pedes nos co-
mitabantur antecedebant, et stando impediebant, ne ad grad⁹ vsq; perue-
niremus, ibicq; ex equis descenderemus, etenim, ꝑpe gradus ex equo descen-
dere, preter principem, nemini licet, quod ideo quoq; fit, vt maior principi
honor exhibitus videatur, Primum autem vt ad medios gradus venimus,
occurrunt nobis certi Principis consiliarij porrigentes manum & osculū,
nosq; vlterius deducunt, mox superatis gradibus occurrūt et alij, maioris
authoritatis cōsiliarij, cedentibusq; prioribus (est enim mos, vt priores se-
quentibus ac ꝓximis quibusq; ex ordine cedant, ac loco suo tanq; regione
attributa subsistant) salutando dextras porrigunt dein ingredientibus pa-
lacium, in quo vulgus nobilium circumstabat: primarij similiter consiliarij
occurrūt, nosq; ordine ac ratione predicta consalutant, tandē in aliud atriū
q; Knesis alijsq; generosioribus, ex quorum ordine ac numero consiliarij
leguntur, septum erat, atq; inde ad principis vsq; conclaue, ante q; stabant
ingenui, qui quottidiana officia principi ꝑstant, ita deducti sumus, vt inte-
rim nemo prorsus ex circumstantibus, vel minimum honorem nobis exhi-
buisset, quin si aliquem nobis familiariter notum, pretereuntes, forte saluta
bamus aut alloquebamur, adeo ille non respondebat quicq;, secq; perinde
exhibebat, ac si nunq; quemq; nostrum nouisset, aut salutatus à nobis non
esset, Ad principem tandem cum ingrederemur, assurgebant nobis (fratres
principis si forte adsunt, non assurgunt aperto tamen capite sedent) consi-
liarij, atq; vnus ex primarijs ad principem conuersus, ex more suo non ro-
gatus nostro nomine in hæc verba loquebatur Magne Domine, Leon-
hardus Comes frontem percutit, & rursus, Magne Domine, Leonhardus
Comes

Ad Principem

Comes frontem percutit, de tua magna gratia, itidem de Sigismundo, Pri-
mum significat quasi inclinat se aut honorem exhibet, secundum gratias
agit, de gratia accepta, Nam frontem percutere: accipiunt pro salutacione
gratiarum actione, et alijs id genus rebus, etenim quoties aliquis quicquam
petit vel gratias agit, tum caput inclinare solet, si enixius id facere studet,
tum ita se demittit vt terram manu contingat, si magno duci pro re aliqua
maxima gracias agere, aut petere ab eodem quicq; volunt, tum vsq; adeo
se inclinant demittuntq;, vt fronte terram contingāt. Princeps in loco emi-
nenciore ac illustri, pariete imagine diui cuiusdam splendēte, aperto capite
sedebat, habebatq; à dextra in scamno Pileum Kolpack, sinistra vero Ba-
culum cum cruce Posoch, atq; Peluim cum duobus gutturnijs adiuncto
impositoq; mantili: aiunt principem, cum Oratori Romanæ fidei manum
porrigat, credere homini se immundo & impuro porrigere, atq; ideo eo
dimisso, continuo manus lauare. Erat ibi quoq; ex aduerso principis loco
inferiore scamnum pro Oratoribus adornatum, eò princeps ipse exhibito
sibi prius, vt iam dictum est, honore, nos nutu & verbo accersit, manu
scamnum demonstrans, quo loci cum ordine salutaremus Principem, ade-
rat interpres qui verbum verbo reddebat, audito autem inter cętera Ca-
roli & Ferdinandi nomine, surrexerat decq; scabello descenderat, auditaq;
ad finem vsq; salutacione, Frater: inquit, noster Carolus electus R o: Imp:
et supremus Rex, Sanus ne est? Dum Comes respondit, Sanus est, interim
Scabellum ascendit & sedit, Hæc eadem, finita mea salutatione, ex me de
Ferdinando querebat, dein vtrumq; nostrum ordine ad se vocabat dice-
batq;, Porrige mihi manum, qua data, subiungit, sanus ne equitasti? adq; q
vterq; nostrum iuxta illorum morem respondit, Deu- det, vt tu sanus sis
ad multos annos? equidem clementia dei & tua gratia sanus, subhæc ius-
serat vt sederemus, Nos vero priusquàm id fecimus iuxta illorum consue-
tudinem Principi imprimis, dein consiliarijs & Knesis qui pro honore no-
stro stabant, gratias caput ad vtramq; partem inclinantes, egimus, solent
alioqui aliorum principum Oratores præsertim qui ex Lithvuania, Li-
vuonia, Svuetia &c: mittuntur, in conspectum principis admissi vna cum
Comitatu ac seruitoribus singuli singula munera offerre.

frontem percutit

Princeps sedebat

Posoch

Porro consuetudo offerendi munera est eiusmodi, Audita & exposita
legatione, mox consiliarius is qui oratores ad Principem introduxit surgēs
clara & aperta voce omnibus audientibus ita dicit, Magne Domine. N.
Orator frontem percutit. N tali munere, hoc idem de secundo & tertio re-
petit. Dein singulorum nobilium ac seruitorum, eodem modo, & nomina
& munera exprimit, constituitur denicq; illi in latere Secretarius qui pariter
& oratorum & singulorum ex ordine offerencium, nomina & munera no-
minatim signat, Eiusmodi autem munera ipsi Pominki, quasi Mnemosy-
non quoddam appellant, nostros vero admonebant de muneribus quibus
respondémus non esse moris nostri, sed redeo ad propositum, salutatione
exposita cum paulisper sedissemus, inuitauerat ordine vtrumq; nostrum

Pominky

princeps hiſce verbis prandebis mecum. In priore mea legatione, vt hoc quoq; adijciam, iuxta illorum conſuetudinem me hoc modo inuitauerat, Sigismunde, comedes ſal & panem noſtrum nobiſcum, Mox dein vocatis ad ſe Procuratoribus noſtris, neſcio quid illis demiſſa voce dixerat, à quibus viciſſim admoniti interpretes, Surgite, inquiunt, eamus in aliam habitationem, in qua dum reliquum legationis ac mandatorum quibusdam conſiliarijs ac Secretarijs a principe conſtitutis exponimus, adornabantur menſę, conſtituto porro prandij apparatu principe, fratrib⁹ ac conſiliarijs iam diſcumbentibus in cenaculum ipſi cum eſſemus deducti, continuo conſiliarij ceterique omnes ordine nobis aſſurrexerant, quibus viciſsim morem eorum edocti, priusquam conſederant gracias, caput ad omnes partes inclinando egimus, locumq; in accubitu quem nobis ipſe Princeps manu deſignabat, cepimus, Cęterum Tabulæ in Cenaculo circum circa adornatæ erant, In medio ſtabat Abacus, grauis diuerſis aureis & argenteis poculis. In Tabula ad quam Princeps ſedebat, vtrinq; tantum interualli relictum erat, quantum ipſe manibus expanſis ſpacij pertingere poſſet, infra quod fratres, ſi forte ad ſunt, à dextris ſenior, iunior à ſiniſtris ſedent, A fratre rurſus paulo ampliore ſpacio interiecto, Seniores Kneſi, conſiliarij, ordine ac gracia quam quisq; apud Principem obtinet obſeruata, ſedebant Ex oppoſito principis in alia Tabula nos ſedebamus, atq; paruo inreruallo interpoſito familiares ac ſeruitores noſtri, quibus ex aduerſo in altero latere ordine ſedebant hi qui nos ex hoſpicio in aulam deducebant, in poſterioribus vtrinq; oppoſitis Tabulis ſedebant hi quos Princeps ex ſingulari gratia inuitauerat quibus ſtipendiarij nonnunq; adhibent, In Tabulis poſita erant vaſcula, quorum alia aceto, alia pipere, alia ſale repleta erant, ſingula autem per longitudinem tabulæ ita collocata & diſtributa erant, vt ſemper quatuor numero conuiuæ, ſingula hæc tria haberent, Subhec Dapiferi ſplendidis veſtibus ornati ingreſſi Abacum circumeuntes ex aduerſo principis neglecto omni honore, ſubſiſtunt, dum omnes vocati conuiuæ accumberent, dumq; cibum afferre iuberentur, Interim omnibus diſcumbentibus, Princeps quendam ex ſuis miniſtris vocarat, ac duo ſibi oblonga panis fruſta dederat, inquiens, Da Leonhardo Comiti & Sigismundo, Hunc panem Miniſter aſsumpto ſecum interprete ordine vtriq; noſtrum ita obtulit, Leonharde Comes, Magnus Dominus Baſilius Dei gratia Rex & Dominus totius Ruſsiæ & Magnus Dux facit tibi gratiam ſuam, & mittit tibi panem de ſua Tabula, Hec verba interpres clara voce reddebat, Nos ſtantes Principis gratiam audiebamus, aſſurrexerant & alij extra principis fratres, pro honore noſtro, pro eiusmodi autem gratia ac honore alia reſponſione opus non eſt, q̄ vt panem oblatum accipias, ſuper tabulam ponas, gratiasq; ipſi Principi capitis inclinatione, dein Conſiliarijs, Item alijs ad omnes partes caput circumferendo & inclinando agas, Porro pane ipſo princeps ſuam erga aliquem gratiam, ſale vero amorem oſtendit, necq; vero maiorem honorem poteſt alicui exhibere in ſuo conuiuio, quam ſi alicui ſal de ſua tabula mittit, Panes preterea formam helcij Equini habentes, mea opinione omnibus ijs veſcentibus, durum iugum & perpetuam ſeruitutem deſignant, Tandem pro cibo Dapiferi, nullo rurſus honore Principi exhibito, egreſſi, aquam vitæ quã ab inicio prandij ſemper bibunt dein Cignos alsos, quos fere pro primo ferculo quoties carne veſcuntur hoſpitibus apponere ſolent: attulerant, Ex quibus tres ſibi appoſitos Princeps cultello pungens, qui nam melior alijsq; eſſet preferend⁹, explorabat, eosq; continuo aufferre iuſſerat, Egreſſi mox omnes eo quo intrauerant ordine, Cignos diſcerptos ac in partes diuiſos in minores patinas, easq; ſingulas ſingula quatuor fruſta poſuerant, ingreſſi quinq; patinas principi appoſuerant, reliquas fratribus, Conſiliarijs, Oratoribus, alijsq; ordine diſtribuerant, Aſtat quidam qui Principi poculum porrigit is ſcilicet per quem panem & alia fercula ſingulis mittit, Solet autem Princeps porciunculam Dapifero ad preguſtandum dare, dein à diuerſis partib⁹ decerpere guſtareq;, poſt fratri aut Conſiliario alicui, aut Oratoribus vnam patinam ex qua ipſe guſtauit mittere, Semper autem maiori ſolemnitate Oratoribus huiusmodi obſonia, vt de pane dictum eſt, offeruntur, in quibus accipiendis non ſolum ei cui mittuntur, ſed alijs ſingulis aſſurgendum, adeo vt toties exhibita Principis gratia, aſſurgendo, ſtando, gracias agendo, caputq; ſubinde in omnes partes inclinando, non mediocriter quispiam defatigatur, In priore legatione cum Cæſaris Maximiliani Oratorem agerem & conuiuio acceptus fuiſſem, aliquocies pro honore fratrum principis ſurrexeram, ſed illos cum mihi viciſſim neq; gratias agere, neq; vices vllas reponere videbam, deinceps quoties gratiam à Principe accepturos animaduertebam, Cępi tum continuo cum aliquo loqui, diſſimulans omnia, & quamuis quidam ex oppoſito mihi innuebant, meq; ſtantibus principis fratribus appellabant, Ego tamen vſq; adeo diſſimulabam omnia, vt vix poſt tertiam admonitionem ex eis, quid nam ſibi vellent, quererem, Cęterum cum fratres principis ſtare: reſpondiſſent, Ego autem priusq; reſpicerem aſſurgeremq;, ceremoniæ quodamodo finiebantur, Dein cum aliquocies tardius aſſurrexiſsem iterumq; ſtatim ſediſſem, idq; qui ex oppoſito ſedebant, riderent, itidem quam ob rem riſiſſent, tanq; aliud agens, interrogabam, ſed cũ nemo cauſam aperire vellet, Tandem quaſi intellecta cauſa vultu in grauitatem compoſito dicebam, Ego nunc non adſum vt priuata perſona, certe qui Dominum meum negligit, hunc & ego negligam, preterea cum princeps alicui ex iunioribus obſonium mitteret, equidem etiam admonitus vt nõ aſſurgerem, reſpondi: qui Dominũ meum honorat, hunc et ego honorabo, Porro cum aſſos Cignos ceperam⁹ edere, apponebant, acetum addito ſale et pipere, ijs enim loco embammatis ſeu iuſculi vtuntur Lac preterea acidum in eundem vſum appoſitum, item cucumeres ſalſi ad hæc pruna eadem ratione condita, prandij tempore è menſa non remouentur. Eadem ratio in alijs inferendis ferculis ſeruatur, niſi quod rurſus vt aſſatura non efferantur, apponuntur varij potus, Maluaticum, græcum vinum

vinum, varij etiam medones, Princeps communiter ſemel aut bis porrigi ſibi poculum ſuum iubet, ex quo cum bibit, Oratores ad ſe ordine vocat, Leonharde Sigismunde dicens, veniſti a Magno Domino, ad Magnum Dominum, feciſti magnum iter, vidiſti gratiam noſtram, et ſerenos oculos noſtros, bibe & ebibe, & bene ede vſque ad ſaturitatem, deinde quieſces, ut tandem ad Dominum tuum redire poſſis, Omnia et ſingula vaſa in quibus cibus, potus, acetum, piper, ſal & alia appoſita vidimus, dicunt eſſe ex puro auro, id quod ex põdere verum apparebat, Sunt quatuor perſonę quæ ſingulæ ex vtraq; parte Abaci ſtantes, ſingula pocula tenent, ex quibus Princeps plerumq; bibit, & ſepius Oratores alloquitur, monet eos vt edant, Aliquando etiam ſciſcitatur aliquid ab eis ſeq; valde vrbanum & humanum exhibet, Interrogabat me inter alia an Raſiſſem barbam quod vnica dictione fit ſcilicet, brill, cum faterer, dicit et hoc iuxta noſtrum, quaſi diceret & nos raſimus, Cum autem alteram vxorem duxerat totam barbam abraſerat, quod nunquam ab aliquo Principe factum perhibebant, Antea miniſtri tabulæ, inſtar Leuitarum ſacris inſeruiencium Dalmaticis induti erant, cincti tamen, nunc vero habent veſtes diuerſas, quas Terlick vocant, gemmis & vnionibus graues, prandet aliquando tres aut quatuor horis, In prima mea legatione etiam ad vnam vſq; noctis horam prandebamus, quemadmodum enim de rebus dubijs conſultantes ſæpe totum diem conſumunt, neq; digrediuntur, niſi re prius mature deliberata conſtitutaq;, ita conuiuijs pariter ſeu commeſſationibus integrum abſumunt nonnunq; diem, intendentibusq; tandem tenebris ſecedunt, Conuiuas ſepe & ferculis & potu honorat, A prandio in negotijs grauioribus nihil agit, quin finito prandio dicere ſolet Oratoribus, Ite nunc, dimiſſos illi ipſi, qui eos in Aulam deduxerant, rurſus in diuerſoria reducunt, ſeq; mandatum habere dicunt, ibi vt maneant, illosq; exhilarent, Afferuntur argentea pocula & certa vaſcula multa, cum certo potu, omnesq; in hoc ſtudent, quo temulentos eos faciant, ſciunt autẽ pulchre homines inuitare ad bibendum & cum nullam aliam habent occaſionem propinandi, incipiunt tandem bibere pro ſanitate Cæſaris, fratris eius, Principis, aliorum denicq; incolumitate, quos videlicet in aliqua dignitate & honore conſtitutos credunt, illorum nomine quenq; recuſare poculum, non debere nec etiam poſſe exiſtimant, ita autem bibitur, qui incipit, ſumit poculum ac in medium habitationis procedit, ſtans aperto capite, feſtiuo ſermone exponit, pro cuius ſalute bibat quidq; illi precetur, mox euacuato ac obuerſo poculo verticem tangit, quo omnes videant ſe ebibiſſe, & ſanitatem illius Domini cuius nomine bibitur exoptare, Poſtea ad locum ſupremum ſe confert, plura pocula implere iubet, mox ſuum cuiq; porrigit, nomenq; pro cuius ſalute bibendum ſit, addit, ſinguli itaq; ad medium habitationis ire ac euacuatis poculis in ſuum redire locum coguntur, qui vero longiorem compotationem effugere velit, fingat ſe, neceſſe eſt, temulentum aut ſomno oppreſſum eſſe, aut vt illos inebriet, aut ſaltem poſt multa exiccata pocula ſe amplius

nequaq;

nequaq; bibere poſſe affirmet, etenim nõ credunt conuiuas bene acceptos ac laute tractatos, niſi temulenti reddantur, Hunc morem cõmuniter Nobiles & quibus permiſsum eſt Medonem ac Ceruiſiam bibere, obſeruant. In priore legatione negotijs confectis cum me dimitteret, finito prandio ad quod eram uocatus (ſolet enim legatos tam diſcedentes quam aduenientes conuiuio accipere) ſurrexerat Princeps, ſubſiſtensq; ad tabulam poculũ ſibi dari iuſſerat, dicens, Sigismunde, Ego volo pro amore, quem habeo erga fratrem noſtrũ Maximilianum Romanorum Electum Imperatorem & ſupremum Regem, proq; ſanitate ſua poculum hoc ebibere, quod et tu ebibes, & alij omnes ordine, vt videas amorem noſtrum erga fratrem noſtrum Maximilianum &c: Eiq; referas quæ videris, Dein porrigit mihi poculum et dicit ebibe pro ſanitate fratris noſtri Maxi: Elect: Rom: Imp: & ſupremi Regis, Porrigebat & alijs omnibus qui prandio intereranr, aut alioqui aſtabant, & ad ſingulos ijſdem verbis vtebatur, acceptis poculis parum retroceſſimus caputq; erga principem inclinantes, bibimꝰ, Quibus finitis me ad ſe uocat, manum porrigit ac inquit, i nunc. Solet preterea cõmuniter Princeps negotijs Oratorũ ex aliqua parte pertractatis atq; conſtitutis eos ad venacionem & ſolatium inuitare, Eſt iuxta Moſcouiam locus arbuſtis conſitus, leporibus percommodus, in quo quaſi quodam leporario fouetur maximus numerus leporum, quos propoſita maxima pæna capere, Preterea arbuſta ibi ſecare nemo audet, Nutrit etiam quam plurimos in viuarijs ferarũ atq; alijs locis, Et quotiescunq; vult eiuſmodi vti ſolatio, tum ex diuerſis locis lepores cõportare iubet, nam quo plures lepores ceperit, hoc maiore ſolacio & honore negotium ſe confeciſſe putat, Item cum in Campum venerit, tum certos ſuos Conſiliarios adiunctis certis etiam Aulicis ſeu Equitibus pro Oratoribus mittit, eosq; ad ſe deduci iubet, deducti itaq; Principiq; appropinquantes de equis Conſiliariorum admonitione deſcendere, & ad principem ire aliquot paſſibus coguntꝰ, Nos eadem ratione in venatione ad ſe deductos, in Equo exornato ſedens, veſte ſplendida indutus, chirothecis depoſitis, tecto tamen capite, humaniter exceperat, nudamq; porrexerat manum, perq; interpretem dicebat, Exiuimus ad ſolacium noſtrum, vocauimus vos vt intereſſetis ſolacio noſtro, atq; inde aliquam voluptatem caperetis, proin Equos conſcendite, noſq; ſequimini, habuit tegmen quod Kolpakh appellant, quodq; vtrinq; à tergo & à fronte monilia habebat, ex quibus laminæ aureæ in modum pennarum in altum tendebant incuruantesq; ſurſum deorſumq; ferebantur, veſtis erat inſtar Terlick aureis filis contexta, Ex Cingulo pendebant duo oblongi patrio more cultelli, et pugio pariter oblongꝰ, à tergo habebat ſub Cingulo genus quoddam armorũ veluti cæſtum, quo cõmuniter in bello vtuntur, Eſt etenim baculus cubito aliquantulum longior cui corium duarum palmarũ longitudine eſt affixum, in cuius extremitate clava aut ænea aut ferrea, ceu fruſtum quoddam exiſtit, hoc tamen auro vndiq; exornatũ erat, Claudebat eius dextrum latꝰ, expulſus Caſani Rex nomine Scheale Tartarus, ſiniſtrũ vero duo luuenes Kneſi, quorum alter ſecurim ex ebore, quam ipſi Topor vocant, ea fere forma qualis in hungaricalibus

rnatus nigim

ricalibus aureis expressa cernitur dextra ferebat, Alter uero clauam pariter hungarice similem, quam ipsi Schestopero id est sexpenatam appellant, rex Scheale accinctus erat duplici pharetra in vna sagittas reconditas, altera vero arcum inclusum quodammodo habebat, Aderant in Campo plusq; trecenti Equites, Porro dum ita per Campum incedimus, Princeps Nos aliquocies, nunc hoc, iam alio loco subsistere, aliquando ad se propius venire iusserat, dein ad locum venationis perductos, alloquebatur, consuetudinem esse, dicens, vt quoties in venatione ac suo solacio esset, tum ipse & alij boni viri suis manibus Canes venaticos ducerent, itidemq; nos vt faceremus hortabatur, Constituerat denicq; vnicuicq; nostrum, duos homines, quorum vterq; canem ducebat, quibus ipsi pro solatio nostro vteremur. Ad ea respondebamus, nos hanc suam gratiã grato accipere animo, Eundemq; morem apud nostrates esse, illa autem excusacione ideo vtebatur, quod apud eos Canis immundum animal habetur, Et turpe est canem nuda manu attingere, Cęterum stabant longo ordine centum fere homines quorum dimidia pars nigro, altera flauo colore erat vestita, Non longe ab ijs substiterant omnes alij Equites prohibentes, ne illac transcurrerent ac elaberentur lepores, Porro nemini ab inicio dimittere canem venaticum permissum erat, quàm Regi Scheale & nobis, Princeps primus inclamabat venatorem ordiri iubens, qui continuo concitatissimo equi cursu ad cęteros venatores, quorũ magnus erat numerus, aduolat, mox vno ore omnes exclamant, Canes Molossos & odoriferos immittunt, vbi sane periucundum erat audire tot tamq; varios canum latratus, Habet autem quàm plurimos & eos quidem optimos canes, Quosdam autem ad insequendum lepores tantum, kurtzos dictos, perpulchros pilosis caudis & auribus, communiter audaces, tamen ad longius currendi ac persequendi spacium haud commodos, Cum lepus sese offert, dimittuntur tres, quatuor, quinq;, aut plures canes eum vndiq; adorientes, quo apprehenso magno plausu acclamant ac si magnam feram cepissent, Porro lepores si tardius aliquando excurrunt, solet tum Princeps continuo aliquem, quemcunq; inter arbusta leporem in sacco habentem conspexerit, nominare, ac hui hui inclamare, qua voce leporem emittendum significat, egrediuntur itaq; lepores nonnunq; quasi somnolenti saltentes inter canes, veluti capreoli aut agnelli inter greges, cuiuscunq; canis plures capit; Is eo die optimum stratagema præstitisse putatur, Princeps ipse pariter Oratori cuius canis plures ceperit, applaudere videtur, Porro venatione tandem finita omnes conuenerant, leporesq; comportauerant, quos dum numerant, numerati vero sunt circiter c. c. c. Aderant ibi tum Principis Equi non ita multi nec satis pulchri, Etenim in priore legatione simili solacio cum interfuissem, vidi longe plures ac pulchriores præsertim eius generis, quos nos Turcicos illi vero, Argamak, vocant, Aderant quoq; complures Falcones alij Albi, alij phenicei coloris, magnitudine excellentes, quos nos Girofalcones hos illi, Kretzet appellant, quibus venari Cignos, Grues, & alias id genus aues capere solent, sunt autem Kretzet aues audacissimæ quidem, at non tam atroces impetuq; horrendo, vt aliæ aues quantumuis rapaces, illarum volatu seu conspectu, quemadmodum quidam de duabus sarmacijs fabu-

Turpe Cam

falcons

latus est, decidant extinguanturq;, illud quidem experientia ipsa constat, si quis venatur Accipitre aut Niso, aut alijs falconibus, Et interim Kretzet (quam à longe volantem continuo senciunt) aduolauerit, quod prædam vlterius nequaq; insequuntur, sed pauidę subsistunt, Retulerunt nobis fide digni ac insignes viri, Kretzet, quando ex illis partibus vbi nidificant, asseruntur, tum aliquando IIII. V. aut VI. in quodam vehiculo ad hoc prępparato simul includuntur, atq; escam que illis porrigitur, obseruato certo quodam senij ordine, capere solent, id autem ratione an natura illis indita, an quo alio modo fiat, incertum est, Preterea quemadmodum in alias aues aduerso impetu feruntur, rapacesq; existunt, ita inter se ipsas sunt mansueciores, mutuis sese morsibus minime dilaniantes, nunq; aqua se, vt ceteræ aues, lauant, sed sola arena, qua pediculos excutiunt, vtuntur, frigiditate adeo gaudent, vt perpetuo aut super glacie, aut lapide stare solent, Sed redeo ad institutum, Princeps ex venatione ligneam quandam turrim versus que abest à Moscouia quinq; millibus passuum progressus est, vbi aliquot tentoria erant collocata, primum magnum & amplum instar domus pro se, aliud pro Rege Scheale, tertium pro nobis, dein alia pro alijs personis & rebus, in quæ cum ordine deducti essemus, princeps in suum pariter ingressus vestęq; commutata, nos continuo ad se accersérat nobisq; ingredientibus, sedebat in sede Eburnea, latus eius dextrum claudebat rex Scheale, nos ex aduerso loco, alias oratoribus, dum vel audiuntur vel de negotijs tractant destinato, infra Regem sedebant certi Knesi & consiliarij, in sinistro latere Knesi iuniores, quos fauore singulari ac gratia sua prosequitur princeps, discumbentibus itaq; omnibus apponebantur primum confectiones (vt vocant) Coriandri, Annisi & Amigdalorũ, dein nuces, amigdala atq; Saccari integra pyramis, que ministri genibus flexis Principi, Regi, & nobis, tenentes porrigebant, Potus similiter de more dabatur, Princepsq; gratiam suam (vt in prandijs assolet) exhibebat, In priore mea legatione eo loci etiam Prandium sumpsimus et cum inter prandendum, panis quem ipsi Beate virginis panem vocant, quemq; quodammodo consecratum venerari atq; etiam edere, quem denicq; communiter in habitationib⁹ loco eminenciore honorifice seruare solent, cum forte tentorio commoto in terram decidisset, Tum Princeps atq; omnes alij eo casu grauissime obstupefacti, trepidantes stabant, tum mox accersitus Sacerdos hunc ex gramine, summo studio ac veneratione colligeret Post finita collaciuncula, potuq;, quem nobis porrexerat Princeps, sumpto, nos dimiserat dicens, ite nunc: dimissi, honorifice vsq; in hospicia nostra deducti fuimus, habet & aliud genus solatij quo alijs Oratoribus vt accepi solet vti, aluntur vrsi capti in quadam amplissima & ad hoc cõstituta domo, in qua Princeps, assumptis Oratoribus ludos exhibere solet, habet quosdam infimæ condicionis homines, qui iubente spectanteq; principe, ligneis furcis vrsis occurśant eosq; ad pugnam lacessunt, congressi tandem si forte à prouocatis ac in rabiem conuersis vrsis laniati fuerint, ad Principem currunt clamantes, Domine ecce vulnerati sumus, quibus Princeps abite inquit, faciam vobis gratiam dein illos curare, vestes præterea & certos modios frumenti illis largiri iubet.

Cęterum cum iam absoluendi dimittendiq; eramus, honorifice, vt antea ad prandium inuitati, ac in aulam deducti fuimus, vtriq; preterea honoraria vestis Zebellinis pellibus subducta, oblata fuit, qua induti, incq; principis conclaue ingressi: Marschalcus continuo vtriusq; nostrum nomine ordine dicebat, Magne Domine, Leonhardus & Sigismundus de magna tua gratia, frontem percutit, hoc est ob acceptum munus gratias agit, vesti honorarie adiunxerat Zebellinorum quadragenas duas, Hermelinorum vero 300. atq; Aspreolorum pelles 1500. In priore legatione addiderat mihi vehiculum seu traham cum pręstanti equo, et alba vrsina pelle aliocq; tegumento cõmodo, dederat denicq; multa Piscium, Belugæ, Osetri, & Sterled, in aere durata, sed insalsa frusta, mecq; perhumaniter dimiserat. Porro reliquas ceremonias, quibus in dimittendis Oratoribus vtitur princeps, item quando limites suæ ditionis ingressi oratores, excipiuntur ruresusq; dimissi, ad eosdem vsq; reducti tractantur, sustentanturq; supra in Lituanorum Oratorum dimissione copiose explicaui.

Cæterum quia de pace perpetua tractanda, aut saltem inducijs inter Moscouiæ Principem ac Poloniæ Regem ineundis, à Cæsare Carolo & fratre eius Ferdinando Austriæ Archiduce missi fuimus, Cæremonias quibus Moscouiæ Princeps tum infirmandis inducijs vtebatur, subiungere visum est, conclusis itaq; ac in certam formam redactis cum Sigismundo Rege Poloniæ inducijs, in Aulam Principis vocati, cum in habitationem quandam deducti essemus, aderant Lithuani Oratores: veniunt etiam eò Principis Consiliarij, qui easdem nobiscum concluserant, atq; in hanc sententiam sermone ad Lituanos conuerso verba faciunt, voluit quidem Princeps noster, in singularem gratiam ac peticionem Magnorum Principum, pacem perpetuam cum Sigismundo Rege vestro inire, ea autem cum nullis condicionibus fieri nunc possit, se inducias ad eorundem Principum adhortacionem inire voluisse, quibus cõstituendis ac legittime firmandis, vos Princeps accersi iussit, ac presentes esse voluit, Tenebant porro litteras quas Princeps Regi Poloniæ daturus erat, confectas, sigillo appenso & eo quidem paruo ac rubro communitas, in cuius sigilli parte priore imago erat, homo nud⁹ equo sine sella insidens, hastaq; Draconem transuerberans, à tergo vero Aquila biceps, vtroq; capite coronato, cernebatur. Habebant præterea induciales literas, certa formula compositas, quarum similes ac eodem exemplo, nominibus ac titulis duntaxat mutandis Rex ipse vicissim principi erat missurus, in quibus nihil prorsus immutatum erat, excepta hac clausula, quæ ad finem litterarum addita erat, Nos Petrus Giska Palatinus Polocensis & Capitaneus Drohitzineñ et Michael Bohusch Bohutinouuitz Thesaurarius magni Ducatus Lithuanię, & Stouineñ, ac Kamenaceñ capitaneus: Oratores Regis Poloniæ et Magni Ducis Lithuaniæ, faremur, eoq; etiam nomine crucis signum deosculati sumus nosq; obstrinximus, Regem videlicet nostrũ eadem pariter osculo crucis, confirmaturum, in cuius rei meliorem fidem hasce litteras nostris signetis cõmuniuimus. His itaq; auditis ac visis, omnes vna ad Principem vocamur, ad quem cum ingressi essemus, mox certo loco nos sedere iusserat, ac in hæc verba loquebatur, Ioannes Francisce, Comes Leonharde,

Sigismunde

Sigismunde, efflagitastis à nobis Clementis Papæ septimi, ac fratris nostri Caroli eiusq; fratris Ferdinandi nomine, ut pacem cum Sigismundo Poloniæ Rege perpetuam iniremus, eam commodis vtrinq; condicionibus: facere cum haud quaquam potuimus, rogastis vt saltem inducias interponeremus, quas quidem amore nostro in Principes vestros, nunc facimus acceptamusq;, super quibus dum regi iustitiam nostram facimus, easq; confirmamus, vos presentes esse volumus, quo dominis vestris referatis, vos factis ac iam legittime firmatis inducijs interfuisse vidisse, nosq; illorum amore hęc omnia feciſſe, qua oratione finita, Michaelem Georgij consiliarium vocat, ac crucem deauratam ex oppositio de pariete funesserico pendentem, sumere iubet, Mox Consiliarius sumpto mundo lintheolo, quod super fusorio cantaro, in pelui collocato iacebat, crucem magna cum veneratione apprehendit, dextraq; tenet, Secretarius pariter litteras inducíales iunctas vtraq; manu tenebat, ita tamen, vt Lithuanorum litterę alteris subiectę, eatenus prominerent, quatenus clausula, qua se Lithuani obstrinxerant, appareret, super quas simul vbi Michael dextram, qua crucem tenebat, posuisset, Princeps surgens, sermone ad Lituanorum Oratores conuerso longa oracione narrabat, se quidem pacem ad singularem peticionem ac cohortationem tantorum Principum, quorum legatos eo nomine ad se missos viderent, non refugisse, si ea vllis sibi commodis condicionibus fieri potuisset, & cum pacem perpetuam inire cum Rege illorum non posset, in horum gratiam quinquennales se inducias, vigore litterarum (litteras digito demonstrans) iniuisse, quas quidem quoad Deus volet seruabimus, inquit, nostramq; iusticiam fratri nostro Sigismundo Regi faciemus, ea tamen condicione, vt similes per omnia litteras eodemq; exemplo scriptas, Rex nobis det, easq; præsentibus Oratoribus nostris confirmet, iusticiam suam nobis faciat, ac illas ad nos tandem per Oratores nostros transferendas curet, interim etiam iuramento vos obstringetis, ea omnia & singula Regem vestrum facturum obseruaturumq;, dein crucem respicit secq; ter signo crucis, capite toties inclinato: ac manu ad terram fere dimissa: munit, propiusq; accedens labia, ac si oraret mouens, os lintheolo tergens, inq; terram expuens, crucem tandem deosculatus, fronte eam primum dein vtroq; oculo attingit, retrocedens rursus cruce, capite inclinato, se munit, Postea Lithuanos vt accederent, idemq; ipsi facerent, monet, Oratores antequam id facerent: inscriptionem qua se obstrinxerant, pluribus quidem verbis congestam ac compositam, nihil tamen aut parum admodum vltra supradictam sententiam continentem, Bogusius nomine, rutenus recitabat, cuius verba singula Petrus, fide Romanus, collega repetebat, eadem nobis pariter interpres principis, ad verbũ reddebat, post recitata ac interpretata inscriptione, Petrus ac Bogusius ordine ipsam crucem, astante Principe, deosculantur: quibus finitis Princeps sedens, in hec verba loquebatur, vidistis nos fratri nostro Sigismundo Polonię Regi, iustitiam nostram ob singularem petitionem Clementis, Caroli, & Ferdi-

G nandi

nandi feciſſe, dicite ergo dominis veſtris, Tu Ioannes Franciſce Papę, Tu Comes Leonharde Carolo, & tu Sigismunde Ferdinando, nos ea illorum amore, & ne Chriſtianus mutuis bellis fundatur ſanguis, feciſſe, Hæc cum longa oratione additis conſuetis titulis peroraſſet, nos illi viciſſim ob ſingularem eius erga Principes noſtros obſeruanciam, gratias egimus, nosq; mandata illius diligenter executuros promiſimus, dein duos ex ſuis præcipuis Conſiliarijs & Secretarijs ad ſe vocat, eosq; legatos iam ad Poloniæ Regem inſtitutos, Lituanis innuit, Poſtremo multa pocula ſuo iuſſu allata nobis Lituanis atq; adeo omnibus & ſingulis tam noſtris quam Lituanorum nobilibus manu ſua porrigebat, Lituaniæ denicq; Oratores nominatim appellans, dicebat, Quæ nunc egimus & quæ alioqui ex Conſiliarijs noſtris intellexiſtis, ea fratri noſtro Sigismundo Regi exponetis, hec cum dixiſſet ſurgit, & rurſus inquit, Petre & tu Boguſi, fratri noſtro Sigismundo Poloniæ Regi & magno Duci Lituanię vos noſtro nomine (caput interim parum mouens) inclinabitis, moxq; ſedens, vtrumq; accerſit, dextram illis atq; etiam ipſorum nobilibus ordine porrigit, dicitq; ite nunc, atq; ſic illos dimiſerat.

ITINERA IN MOSCOVIAM.

ANno M. D. XV. venerant Viennam ad Cæſarem Maximilianum Wladiſlaus & eius filius Ludouicus Hungariæ & Bohemiæ, ac Sigismundus Poloniæ Reges, vbi contractis ac concluſis Matrimonijs filiorum & nepotum, confirmataq; mutua amicitia, Inter cætera Cæſar policitus erat, ſe oratores ſuos ad Baſilium Moſcorum Ducem miſſurum, qui inter hunc & Poloniæ Regem pacem facerent, Ad hanc Legationem Cæſar deſtinauerat Chriſtophorum Epiſcopum Labacenſem, et Petrum Mraxi, Sed dum Epiſcopus protraheret negotium, & interim Regis Sigiſmundi Secretarius Iohannes Dantiſtus poſtea Epiſcopus Warmienſis morę impatiens, profectionem ſedulo vrgeret. Hoc Legationis munus mihi, non ita pridem ex Dania reuerſo, fuit impoſitum, Mandatis itaq; continuo à Cæſare Hagânoæ Alſatiæ oppido acceptis diſcedens.

Traiecto primum Rheno per Marchionum Badenſium dicionem & oppida, Raſtat, Erlingen, Pfortzach, in Ducatum Wirtenbergenſem Conſtat. Oppidum denicq; Imperij Eſlingen ad Necarum, quem & Nicrum appellant, ſitum, indeq; Gopingen & Geiſlingen veni.

Vlmæ mox Danubio ſuperato per Gunſpurg, ac oppidum Purgaw, à quo Marchionatus Burgouiæ nomen habet, Auguſtam vindelicorum ad Licum fluuium perrexi: vbi me pręſtolabantur Gregorius Sagrewſki Moſcus nuncius, & Chryſoſtomus Columnus Secretarius Elizabethæ viduæ Ioannis Sforcie Mediolani & Bharij, qui itineris erant comites.

Relicta Auguſta ſub inicium Anni M. D. XVI. vltra Licum, per Bauariæ ciuitates & oppida Fridberg, Inderſtorff, Freyſingen, id eſt Friſingenſem Epiſcopatum ad flu: Ambor, Landſhuet ad Iſeram flu: Gengkhoſn, Pfarkhirchen, Scharding ad Enum: tranſiuimus, ænoq; ſuperato Ripaſq; Danubij legentes Auſtriam ſupra Onaſum attigimus, Lincium oppidum in ripa Danubij ſitum, caput eius prouinciæ ingreſſi, pontemq; illic Danubio impoſitum tranſeuntes, p oppida Galneukirchen, Pregarten, Pierpach, Kunigswiſn, Arbaſpach, Rapoldſtain, In Archiducatum Auſtriæ atq; adeo oppida claram vallem, vulgo Tzwetl dictam, Raſtnfeld, Horn & Retz peruenimus.

Morauiæ recta dein, vltra fluuium Teya, qui pro maiori parte Auſtriam à Morauia dirimit, oppidum Snoimam appulimus: vbi Petrum Mraxi collegam meum vita defunctum eſſe intellexi, & ita ſolus hoc munus, quod Cæſari gratum erat, obiui.

Ex Snoima, Wolfernitz, Brunam, dein Olmutium ſedem Epiſcopalem ad flu: Moravua ſitam, tres ille ciuitates Snoima Bruna et Olmutium ſunt prime in Marchionatu indeq; Lipnick.
Hranitza ger: Weiſſenkirchn.
Itzin ger: Titſchein,
Oſtraua ger: Oſtra oppidum vbi Oſtravuitza fluuium, qui oppidum alluit & Sileſiam ab ipſa Morauia dirimit tranſiuimus.
Sileſie poſt ducum Theſchinenſium oppidum Freiſtat ad Elſa flu: ſitum.
Strumen ger: Schwartzwaſſer.
Ptzin, gtr: ples principatum à quo progrediendo duorum miliarium ſpacio eſt pons trans Iſtulam limes Bohemicę dicionis.
A ponte Iſtule polonica eſt dicio, Et vſq; Oſchwentzin principatum quo loco flu: Sola Iſtulam ingreditur eſt iter vnius miliaris.
Extra Oſchwentzin per pontem ſuperamus Iſtulam & confectis octo miliaribus.
Polonię regni caput Craccouiam peruenimus, Currusq; noſtros trahis impoſuimus. A Craccouia progreſſi.
Proſtowitza 4 milia:
Vuiſlitza 6 milia:
Schidlow 5 milia:
Oppatow 6 milia:
Sawichoſt quatuor milia: vbi rurſus traiecto & ad ſiniſtram relicto Iſtula fluu:
Vrſendow quinq; milia:
Lublin ſeptem milia: palatinatum, quo loci certo ac ſtato anni tempore Inſignes habentur nundinę ad quas ex varijs orbis partibus homines, Moſcowite, Lithwani, Tartari, Liuonienſis, Prutheni, Rutheni, Germani, Hungari, Armeni, Walachi atq; Ebrei, confluunt.
Cotzko octo milia: anteq; huc peruentum eſt labitur fluuius Vuiepers ſeptemtrionem verſus.
Meſeritz octo milia: paulo longius progrediendo eſt Limes Polonię.
Lithuanie oppidum Melnik ſex milia: ad Buh fluu:
Bielſco octo milia:
Narew quatuor milia: vbi eiuſdem nominis fluuius ex quodam lacu & paludibus quemadmodum Buh effuſus & in ſeptemtrionem decurrit.
Ex Narew tranſeundo ſiluam 8 milia: extra quam eſt oppidum Grinki, in quo regij homines qui & comeatū ſupeditabant (priſtawos appellant) & Vuilnam vſq; deducebant me proſtolabantur, tum in
Grodno ſex milia: Eſt ibi ſatis comodus pro eius regionis natura principatus. Caſtrum cum ciuitate ad flu: Nemen qui ger: Mumel appellatur, quicq; ipſam Pruſſiam alluit, que olim à ſupremo theutonici ordinis magiſtro gubernabatur, Sed eam nunc Albertus Marchio Brandenburgenſis hereditarij ducatus nomine tenet, Crononem hunc fluuium puto alludens nomini

Prussię

nomini oppidi, ibi Ioannes Saworſinſki, à Michaele Linſki in ea domo aut vt aiunt Curia in qua hoſpitatus eram oppreſſus eſt, Porro hic reliqui Moſcorum nuncium, quem rex Wilnam ingredi prohibuit, inde progreſſus.
Prelai duo milia:
Vuolconik quinq; milia:
Rudniki quatuor milia:
Vnilnam quatuor milia: quoq;
Ante Vuilnam autem viri inſignes preſtolabantur, qui me regis nomine cum honorifice excepiſſent atq; in traham ſeu amplum vehiculum puluinaribus ſtratum & ſtragulis auro & ſerico contextis collocatum Regijs miniſtris latus vtrumq; claudentibus, officiumq; perinde ac ſi ipſe rex veheretur preſtantibus, in hoſpitium vſq; deduxiſſent, Mox aderat Petrus Tomitzki tunc Epiſcopus Premiſlienſis, regni Polonię Vicecancelarius, vir omnium teſtimonio virtute ſingulari ac vite integritate præditus, meq; regis pariter nomine humaniſſime conſalutauit excepitq;, Ad ipſum deniq; Regem magna aulicorum caterua ſequente paulo poſt deduxit, à quo multis primarijs viris proceribusq; magni ducatus Lithuanię preſentibus honeſtiſſime exceptus fueram. vnilnam

Vuilne porro eo tempore inter cætera Matrimonium inter ipſum regem & Bonam Iohannis Galeacij Sfortie ducis Mediolani filiam Cęſare promouente, me nunctio, contractum atq; concluſum fuit.
Erant ibi in arctis cuſtodijs tres Moſcovuitici duces, quibus ſumma rerum atq; adeo Moſcovuiticus exercitus Anno M. D. XIIII. ad Orſſam comiſſus fuerat, inter quos erat Iohannes Czeladin primus, quos equidem regis permiſſu ſalutatos eo quo potui ſtudio conſolabar.
Vuilna caput magni ducatus Lithvuanię eo loci ſita eſt quo confluunt Vuelia & Vuilna fluuij inq; Nemen ſeu Crononen illabuntur, in ea relicto Criſoſtomo columno non diu detinebar.
Vuilnam die XIIII. Marcij egreſſus non publica atq; vſitata via, quarum vna per Smolenſko altera vero per Liuoniam itur in Moſcovuiam, ſed mediâ inter has vſus, recta Nementſchin quatuor mili: inde q; Swintrawa octo milia: ſuperato Schamena fluuio peruenī.
Sequenti die Diſſa ſex milia: vbi eiuſdem nominis lacus eſt atq; Driſvuet quatuor milia: vbi nuncius Moſci, quem Grodno reliqueram, ad me redijt.
Braſlavu quatuor milia: ad lacum Navuer qui in longitudinem vno miliari patet.
Dedina quinq; milia: atq; Dvuina flu: quem Liuonienſes (quorum ditionem percurrit) Duna appellant (ſunt qui Turantum eſſe volunt) attigimus
Driſsam dein ſeptem milia: properantes, rurſus ſub Betha oppido ad Dvuina flu: venimus: per quem glacie concretum, vehiculis eius gentis

more 16. milia: ſurſum verſus dum veheremur duę nobis tritæ viæ occurrerant, Cum itaq; vtram ingrederemur, dubitaremus, mox ſeruitorem in domum ruſtici in ripa ſitam ſciſcitatū miſi, quia vero ſub meridiem glacies magnopere liqueſceret, nuncius iuxta ripam liquefacta ac fracta glacie demerſus: vix tandem extractus erat, acciderat etiam vt quodam loco fluuius vtrinq; liquefacta prorſus, ac abſumpta glacie, ea dumtaxat glaciei parte, quam continua vectio indurauerat, imo non niſi quatenus ipſæ vehiculorum orbitæ complectebantur, nobis tanq; pons quidam non ſine graui horrore ac periculo tranſitum daret, augebat metum, fama comunis, quia non diu ante, aliquot centum Moſcouiticos predones, per eundem fluu: glacie concretum tranſeuntes, ad vnum omnes fuiſſe ſubmerſos.

ff. Glaualis

A Driſſa Doporoski ſex milia: indeq;

Polotzco principatum, quem Vuaivuodatum appellant, ad Dvinam fluuium quem alij Rubonem appellant, venimus, vbi honorifice in maxima hominum occurrentium frequentia excepti, magnifice ac laute tractati ad proximam deniq; manſionem vſq; deducti ſuimus.

Inter Vilnam & Polotzco plurimi lacus, crebrę paludes, atq; immenſę longitudinis ſyluę ſunt, vt quę ad quinquaginta milia: ger: protenduntur.

Vlterius progreſſi iter in limitibus regni, minime tutum ob crebras vtriuſq; partis excurſiones, hoſpicia deſerta aut nulla habuimus, perq; magnas paludes ac ſyluas tandem Harbſle & Milenki, paſtorum caſas venimus, in quo itinere Lithuanus deductor me deſeruerat, Accedebat ad hoſpiciorum incommoditatem, itineris ſumma difficultas, ſiquidem inter lacus & paludes niue & glacie labeſcente nobis eundum erat, dum Niſcham oppidum, ad quendam eiuſdem nominis lacum ſitum, indeq; Quadaſſen quatuor milia: quo loci cum magno pauore & periculo, lacum quendam, aqua ſupra glaciem extantem tranſiuimus, atq; tuguriolum ruſtici cuiuſdam peruenimus, quo ex ditione Moſci Gregorij comitis mei cura commeatus allatus erat. Eo loci equidem limites vtriuſq; principis obſeruare ac diſcernere non potui.

Moſcouię ſine contradictione dicio Corſula vbi duobus fluuijs Vuelicarecka & Dſternicza traiectis, indeq; duobus milia: confectis, venimus.

Opotzka ciuitatem cum caſtro ad Vuelicarecka ſitam, quo loci natans pons eſt, quem equi plerumq; genutenus in aqua tranſeunt. Hanc arcem Rex Poloniæ, dum ego Moſcouiæ de pace tractarem, obſederat, in illis porro locis quāq; propter crebras paludes ſyluas & innumeros fluuios, exercitus aliquo commode duci non poſſe videtur, nihilominus tamen quocunq; volunt, recta contendunt, colonorum nimirum multitudine premiſſa, qui quelibet impedimenta arboreſq; incidendo ſubmouere, paludes ac fluuios pontibus ſternere coguntur.

Vuoronecz dein octo milia: oppidum ſitum ad Sſoret flu: qui receptо in ſe Vuoroneż flu: non longe infra oppidum Vuelicarecka illabit.

Fiburg quinq; milia:

Vuolodimereż oppidum cum propugnaculo. 3. fere milia:

Brod coloni cuiuſdam domum pariter. 3. milia: indeq;. 5. milia: emenſis ſtratoq; ponte per Vſſa flu: qui Scholonam influit.

Parcho ciuitatem cum caſtro ad Scholona flu: ſitam, Opaca villam quandam ſub quo Vuidocha fluu: Suchanam ingreditur quinq; milia: inde ſeptem ſuperatis fluuijs.

Reiſch villam quinq; paritur milia:

Dvuerenbutig villam quinq; milij: infra quam dimidio miliari Pſchega, Strupin flu: in ſe recepto, influit Scholonam, in quem alij quatuor fluuij quos eo die tranſiuimus illabuntur.

Sotoki homuncionis domum 5 milia: à qua 4 milia: Nouogardiam tandem magnam quarta Aprilis attigimus, Cæterum à Polotzko Novuogardiam vſq; tot paludes ac fluuios ſuperauimus vt quorum nomina ac numerum ne incolę quidem tenent, tantum abeſt vt illos quiſpiam commemorare ac deſcribere poſſet.

Novuogardię paululum reſpirans ac ſeptem diebus quieſcens ab ipſo Locumtenente in die palmarum conuiuio acceptus fui, atq; ab eodem amanter admonitus vt ſeruitoribus equiſq; illic relictis per diſpoſitos ſeu poſtarum, vt vulgo loquuntur, equos, Moſcouiam irem, cui morem gerens, egreſſus primum Beodnitz quatuor milia: indeq; totius diei iter iuxta Miſta flu: qui nauigabilis eſt, & ex Samſtin lacu oritur, confeci, Eo porro die cum per pratum liqueſcente iam niue citato equorum curſu proficiſceremur, pueri mei natione lithvuani equulus ceciderat, ita, vt cum puero prorſus precipitaretur ſeq; denuo in modum rotæ conuoluens in poſteriores pedes daret conſiſteretq; et interea nec terram latere attingeret nec puerum ſub ſe poſtratum ac iacentem lęderet.

Poſt

Poſt recta Seitskovu vltra flu: Niſcha ſex milia:

Haroſczi vltra flu: Calacha ſeptem milia:

Oreat Rechelvuitza ad flu: palamit ſeptem milia: eo die tranſiuimus 8. fluuios & vnum lacum congelatum quidem, ſed aqua ſupra glaciem completum.

Tandem ſexta feria ante Paſchatis feſtum in domum poſtarum peruenimus, treſq; lacus ſuperauimus, primum Vuoldai qui vno miliari in latitudinem duobus vero in longitudinem patebat, ſecundum Lutinitſch non admodum magnum, tertium lhedra cui eiuſdem nominis villa ab Oreat octo milia: adiacet, quo ſane die per hoſce lacus congelatos adhuc ſed aquarum multitudine niue liqueſcente inundantes, tritam viam ſecuti difficillimum ac periculoſis: iter habuimus, nec deflectere de via publica cum ob niuis altitudinem, tum quod nullum veſtigium alicuius ſemitę apparebat, audebamus, confecto itaq; tam difficili atq; periculoſo itinere venimus.

Choitilovua ſeptem milia: infra quam duobus Schlingvua & Snai fluuijs eo

uijs eo loco quo confluunt inq; Mſta flu: illabuntur, ſuperatis Vuoloſchak attigimus ibiq; in die paſchatis quieuimus: poſt ſeptem milia: conſectis traiectoq; Tvuerza fluuio.

Vuedrapuſta oppidum in ripa ſitum, indeq; 7. milia: deſcendentes.

Dvuerſchak ciuitatem infra quam 2. milia: Schegima fluuio nauicula piſcatoria tranſmiſſo.

Oſsoga oppido, vno die quieuimus, ſequenti die per Tvuerza fluu: ſeptem milia: nauigantes.

Medina appulimus, ſumptoq; prandio rurſus nauiculam ingreſſi 7. milia: Vuolgam celeberrimum fluuium, atq; adeo.

Tvuer principatum attigimus, vbi ſumpta maiore naui per Vuolgam nauigantes non ita longe poſt congelatum glacierum fruſtis refertum ipſum fluuium venimus, inq; quodam loco maximo labore ac ſudore appulimus, altumq; congeſta in aceruum glacie ripam vix tandem ſuperauimus, indeq; pedeſtri itinere in coloni cuiuſdam domum venientes, paruoſq; ibi repertos equos conſcendentes, ad Monaſterium diui Helię venimus, vbi commutatis equis

Gerodin oppidum ad Vuolgam ſitum tribus inde milia: rectaq; poſt.

Schoſsa 3 milia:

Dſchorno domum poſtarum 3 milia:

Clin oppidum ad flu: lanuga ſitum 6 milia:

Pieſsak domum poſtatum 3 milia:

Schorna ad fluuium eiuſdem nominis ſitum 6 milia:

Moſcouiam 3 milia: tandem decimaoctaua Aprilis peruenimus vbi quomodo conſalutatus atq; exceptus fueram, abunde ſatis in hoc libro expoſui cum de exceptione ac tractatione oratorum egiſſem,

REDITVS.

DIxi ab initio me in Moſcouiam ad componendos Polonię & Moſcouię principes à Diuo Maximiliano Imperatore miſſum fuiſſe, ſed re infecta inde redijſſe, Nam dum Moſcouię, preſentibus etiam Regis Poloniæ oratoribus, de pace ac concordia tractarem, interim Rex inſtructo exercitu Opotzka caſtrum nequicq; tamen oppugnabat, quare princeps inducias cum Rege facere pernegabat, mecq; intercepto quidem negotio honorifice tamen dimiſerat, relicta itaq; Moſcouia recta.

Moſeisko 18 milia:

Vuieſma 26 milia:

Drogobuſch 18 milia:

Smolensko dein 18 milia: peruenj, abinde duabus noctibus ibi ſub diuo

diuo in magnis niuibus quieuimus, ab deductoribus meis laute ac honorifice tractabar, & ſtrato in longum aliquanto alcius feno corticibus arborum ſuperimpoſitis, ſtratisq; linteis, attractis more Thurcarum ſeu Tartarorum pedibus menſæ accumbentes, cibum capiebamus bibendoq; aliquanto largius cenam producebamus, altera nocte veneramus ad quendam fluuium minimæ tum quidem congelatum, ſed poſt medium noctis, ob infeſtum frigus vſq; adeo concretum, vt per glaciem pluſq; decem onuſta etiam vehicula traducta ſint, equi vero alio loco quo celerius maioreq; impetu decurebat flu: conpulſi, fracta glacie tranſibant, eo loci duodecim à Smolenſko milia: relictis deductoribus in Lithuaniam profectus ſum à limite octo milia: ad

Dobrovunam veni vbi rerum neceſſariarum iuſtam quidem copiam, ſed hoſpicium Lithuanicum habui.

Orſam quatuor milia: quouſq; à Vuieſma à dextris Boriſthenem habuimus, quem tum haud longo interuallo ſupra infraq; Smolenſko trajicere cogebamur eoq; circa Orſam relicto recta.

Druzek 8 milia:

Grodno 11 milia:

Boriſovu 6 milia: ad flu: Bereſina cuius fontes Ptolomeus Boriſthenj adſcribit.

Lohoſchakh 8 milia:

Radochoſtye 7 fere milia:

Craſno Sello 2 milia:

Modoleſch 2 milia:

Crevua oppidum cum caſtro deſerto 6 milia:

Mednik pariter oppidum cum caſtro deſerto 7 milia: indeq;

Wilnam tandem peruenimus, ibiq; poſt Regis in Poloniam diſceſſum paucis diebus dum ſeruitores cum equis meis ex Novuogardia per Liuoniam reuerterentur, commoratus, quibus receptis mox inde quatuor milj: de via in Troki deflexi vt ibi in quodam horto concluſos ac conſeptos Biſontes, quos alij Vros ger: vero Auroxn appellant viderem, Palatinus porro & ſi meo inexpectato ac improuiſo aduentu quodamodo offendebatur me nihilominus tum ad prandium inuitauerat cui intererat Scheachmet Rex Savuolhenſis Tartarus, qui eo loci in duobus muratis, & inter lacus extructis caſtris, veluti liberis cuſtodijs honeſte ſeruabatur, Is inter prandendum varijs de rebus per interpretem mecum colloquebatur, Cæſarem preterea fratrem ſuum appellabat, omnesq; Principes ac reges inter ſe eſſe fratres dicebat.

Sumpto prandio, acceptoq; à palatino iuxta Lithuanorum conſuetudinem munere, primum Moroſchei oppidum, dein Grodno 15 milia:

Grinki 6 milia: Sylua poſt ſuperata

Narevu 8 milia: atq; n

Bielſko oppidum venimus vbi Zicolaum Radovuil palatinum Vilnenſem

nensem offenderam cui iam antea Cęsaris literas reddieram qui & si antea me equo gradario duobusq; alijs pro vehiculo donauerat, castratum tamen & bonum iam denuo equum dono dederat, obtruserat preterea aureos aliquot vngaricales adhortando vt ex his anulum mihi fieri curarem, quo induto quottidieq; inspecto sui facilius & presertim apud Cæsarem recordarer. Ex Bielsco in Briesti castrum cum oppido ligneo ad flu: Buh, in quem Muchawetz illabitur.

Lamas oppidum vbi Lithuania relicta.

Poloniæ primum oppidum Parćovu ingressus supra quod non ita longo interuallo lasonica fluuiolus labitur Lithuaniamq; à Polonia dirimit, post

Lublin 9 milia:

Rubin

Vrsendoff.

Sawichost ad traiectum Istulæ.

Sandomir ciuitatem cum castro ad Istulam sitam distantemq; à Lublin 18 milia:

Poloniza ad flu: Czerna, in quo nobilissimi pisces quos vulgo Lachs appellant capiuntur.

Ciuitatem nouam Cortzin appellatam, oppidum cum castro murato.

Prostvuitza vbi optima ceruisia coquitur indeq;

Craccouiam caput regni, sedem regalem ad Istulam sitam 18 milia: à Sandomir distantem, vrbem inq; clericorum, studiosorum atq; mercatorum frequentia celebrem peruenimus, ex qua à rege ipso, cui opera mea grata erat, munere accepto honestis: eram dimissus rectaq;

Lipovuez sub castrum, Sacerdotum aliquid grauius delinquentium carcerem.

Indeq; ʒ milia: Osvuentzin Silesiæ quidem oppidum polonice tamen ditionis ad Istulam situm, quo loco Sola flu: ex montibus qui Silesiam ab Hungaria diuidunt, decurrens Istulam ingreditur, Non longe sub eodem oppido Preysa flu: ex alia parte Istulæ Silesiamq; à Polonica & Bohemica ditione dirimit Istulam quoq; influit.

Pczina ger: ples, principatum in Silesia Bohemicę dicionis ʒ milia:

Strumen ger: Schvuartzvuasser 2 milia:

Freystatl Ducum Teschinensium oppidum quod Elsa flu: preterlabitur qui in oderam exoneratur.

Moravię dein Ostravua oppidum quod Ostravuitza flu: alluit Silesiamq; à Morauia diuidit.

Itschin ger: Titzein oppidum quatuor milia:

Hranitza ger: Weissenkirchen oppidum quod Betwna flu: preterlabitur 1 milia:

Lipnik 1 milia: vnde cum Vuistriciam 2 milia: recta contendentes forte

forte ex quodam collæ Nicolaus Czaplitz prouincię nobilis, sibi nos obuios conspexisset mox pixide arrepta ad conflictum se quodamodo cum duobus comitibus preparabat, qua ex re equidem non temeritatem hominis sed ebrietatem potius animaduerteram, ac continuo seruitoribus mandaueram, vt ei nobis occurrenti media via cederent, Sed illę hoc humanitatis officio neglecto in altam niuem se coniecerat, nosq; pretereuntes torue intuebatur, seruosq; à tergo cum vehiculis sequentes ad hoc ipsum genus offitij, quod illi prestare haud quaq; poterant cogebat, strictoq; gladio minabatur: ea re exorto utrinq; clamore factoq; seruorum qui post erant concursu, ipse mox telo Baliste læsus equus pariter vulneratus sub eo conciderat: postea cum Moscis oratoribus iter institutum prosecutus, veni Olmutzium, quo ille quoq; saucius peruenerat, statimq; veluti eius regionis incola notus, turba hominum (qui in fodendis aggerendisq; piscinis operam locant) callecta vlcisci sese volebat, cuius ego tum conatus maturo consilio repressi ac intercepi. Ex Olmutio.

Bischovu oppidulum 4 milia:

Niklspurg 4 milia: arcem splendidam cum oppido, quod & si vno miliari vltra Theyam flu: qui multis in locis Austriam à Morauia dirimit situm est, Morauiæ tamen adiacet eiusq; ditioni subiecta est.

Austriæ inde oppidulum Mistlbach ʒ milia:

Vlrichskirchen ʒ milia:

Viennam ad Danubium sitam vrbem à multis scriptoribus celebratam tribus pariter miliaribus confectis peruenimus, quo equidem duo integra vehicula ex Moscouia vsq; deduxi.

Ex Vienna, Nouam ciuitatem 8 milia: indeq; vltra montem Semring interq; Styriæ montes Salisburgum vsq; veni, post ęniponti in Comitatu Tirolensi oppido, Cæsarem assecutus, cuius maiestati non solum ea que ex mandatis gesseram, grata erant, sed etiam relatio de ceremonijs & consuetudine Moscouitarum auditu valde iucunda: quare etiam Matheus Cardinalis Salizburgensis Cæsari admodum charus, princeps industrius & in rebus agendis versatissimus iocose coram Cæsare protestatus est, ne Cæsar eo absente, reliquum ceremoniarum ex me audiret cognoscere tue.

Expedito mox ac dimisso à Cæsare Moscorum oratore equidem in Hungariam ad Regem Ludouicum, cum sub id tempus institutus orator fuissem. Eundem p Enum ac Danubium viennam deduxi, eoq; ibi relicto, ipse continuo pannonium currum conscendi quo triugis equabus curru volitante celerrimo ferebar, paucisq; horis Budam triginta duobus milia: perueni, tante autem celeritatis causa est tam commoda per iusta interualla respiratio equorum & permutatio, quarum prima in Prukh oppidu load Leytham flu: qui Austriā ab hungaria diuidit distatq; à Vienna 6 milia:

Secunda in Ovuar castro cum oppidulo, ger: Altenburg 5 milia:

Tertia in Iaurino oppido sedeq; Episcopali hunc locum hungari: Iurr germani uero ab Raba fluuio qui oppidum alluit, danubiumq; ingreditur

Rab appellant: hoc quidem in loco qui ab Ovuar 5 milia: distat equos permutant.

Quarta sex infra Iaurinum milia: in pago Cotzi, à quo & vectores et currus nomen acceperunt. Cotzi adhuc promiscue appellantur.

Vltima in Vuark pago quinq; à Cotzi milia: quo loci equorum soleas num qui claui vacillent aut desint inspiciunt, currus loraq; sarciunt, quibus omnibus refectis Budam sedem Regalem 5 inde milia: inuehuntur.

Budæ sede Regia exposita ac confecta legatione finitisq; comicijs quæ haud procul ab vrbe ab eo loco quo celebrantur Rakhusch vulgo appellantur, à Rege honestis: dimissus ad Cæsarem redij qui proximo Ianuario post Anno scilicet domini 1519. mortem obijt, hancq; in Hungariam profectionem quod Moscouiticæ coniuncta vnoq; prope & continuo itineræ confecta fuit adijcere volui.

ITER SECVNDE LEGATIONIS.

MOrtuo Cæsare Maximiliano, Styriensium orator ad Carolum Hispaniarū Regem Archiducem Austrię, tum electum Rom: Imperatorem ad cuius maiestatem postea & Moscus suos miserat oratores, qui confæderationes cum Max: Imp: initas iam denuo confirmarent missus sum, vt autem uicissim Imperator Mosco gratificaretur, dederat negotium fratri D: Ferd: Archiduci vt Ludouicum hungariæ Regem admoneret, quo is apud suum patruum Sigis: Polonię regem tantum efficeret, vt ad equas pacis seu induciarum conditiones cum Mosco consentiret. Viennæ itaq; Austriæ Leonardus Comes Nugarole nomine Caroli Ro: Imp: & ego fratris suæ maiestatis Ferd: infantis Hispaniarum Archiducis Austriæ &c. consensis curribus pannonicis, ad Ludouicum Regem hungariæ properantes, Budam venimus, ibiq; expositis mandatis negotijsq; ex sententia confectis, dimissi, Viennamq; redeuntes, mox cum Mosci oratoribus, qui tum ex hispanijs à Cæsare redierant egressi per oppida.

Mistlbach 6 milia:
Wisternitz 4 milia:
Wischa 5 milia:
Olmutium 4 milia:
Sternberg 2 milia:

Parn ferrifodinas 2 milia: indeq; duobus milia: pontem Morauæ fluuio impositum transeuntes, ibiq; Morauia relicta

Silesię oppidum & principatum ingressi

Iagerndorff tribus milia: tum per

Lubschiz

Lubschiz 2 milia:
Glogouia parua 2 milia:
Crepiza 2 milia: Et post trans oderam flu:

Opolia ciuitatem cum castro ad Oderam flu: sitam vbi vltimus Opolienſium Dux suam sedem habebat 3 milia:

Oleschno ger: Rosenberg trans flu: Malpont qui tum aquarum multitudine mirum inmodum redundabat 7 milia:

Poloniæ oppidum Crepitza vetus 2 fere milia: peruenimus quo in loco cum Poloniæ regem, Pietercouię oppido (in quo Regnicolæ habere comicia ac celebrare solent) esse intelleximus, illico eo seruitorem premisimus, reuersus cum inde Regem iam recta Craccouiam profecturum renunciasset, iter nostrum ex Crepiza eo nos pariter direximus atq; primum.

Clobutzko 2 milia:

Czestochow Monasterium in quo imago diuæ virginis magno concursu populi precipue vero Rutenici colitur 3 milia:

Scharki 5 milia:
Cromolow 3 milia:
Ilkusch insignes plumbi fodinas 4 milia:

Craccouiam inde post 5 milia: confectis, secunda Februarij die peruenimus, vbi nihil tum nobis honoris fuit exhibitum, neq; nobis quisq; obuiam processerat, neq; hospicia designata, seu constituta erant, neq; humanitatem officio quisq; aulicorum, nos consalutauerat exceperatue, perinde ac si de aduentu nostro nihil prorsus intellexissent. Impetrato post ad regem aditu, causam Legationis nostrę eleuabat, officiumq; principum nostrorum tanq; intempestiuum reprehendebat, maxime vero cum oratores Mosci à Cæsare ex hispanijs vsq; redeuntes nobiscum videret, Moscum ideo moliri aliquid suspicabatur, quenam tandem inquit uicinitas aut sanguinis coniunctio principibus vestris, cum Mosco intercedit? quod vltro se medios constituerent, presertim cum rex ipse à principibus nostris nihil tale peteret, hostemq; suum facile ad æquas pacis conditiones cogere posset. Nos vero consilia pia et christiana mentemq; synceram principum nostrorum testabamur, illosq; nihil magis quam pacem ac mutuam inter christianos principes amicitiam ac concordiam ex animo optare velle, atq; omni studio procurare, dicebamus etiam, si regi non videtur, vt nostra mandata prosequamur tum aut re infecta redibimus, aut dominis nostris ea nunctiabimus & responsum super ea re expectabimus, qua re audita, humanius aliquanto ac liberalius etiam in hospitijs tractabamur. Eo tempore data erat mihi occasio petendi mille florę: quos mihi mater reginæ Bonæ, quod iam pridem ex Cæsaris Maximiliani mandato hoc ipsum matrimonium filie tractassem, inscriptione data, promiserat: quam Rex tum benigne à me acceperat, eamq; ad reditum meum seruaret, mihiq; postea reuerso satis fieri curauerat.

Die Februarij quartadecima Craccouia relicta trahis seu vehiculis satis commodo itinere per Poloniæ oppida

Nouam ciuitatem Cortzin.
Poloniza
Osek
Pocrowiza
Sandomeria
Sawichost
Vrsendoff
Lublin
Parczovu

Lithuanię tum oppidum tribus mili: Polovuiza attigim⁹ vbi plurima itinera propter crebras paludes pontibus strata transiuimus, indeq;

Rostovusche 2 milia:
Pesiczatez 3 milia:
Briesti 4 milia: magnum oppidum cum castro ad Buh flu: in quem Mucha vuetz illabitur.

Camenetz oppidum cum lapidea turri in arce lignea 5 milia: indeq; duobus fluuijs Oschna & Beschna traiectis confectisq; 5 milia:

Schereschovua recens ædificatum oppidum in magna Sylua ad fluu: Lisna, qui & Camenecz preterlabitur situm, venimus.

Novuidvuor 5 milia:
Porosovua 2 milia:

Wolkhovuitza 4 milia: quo loco commodius hospitium in tota prosfectione non habuinus.

Pieski oppidum ad flu: Selwa qui ex ipsius Russiæ Wolinia prouincia procurrit, Nemenq; influit.

Mostu vno miliari ad flu: Nemen situm oppidum quod à ponte Nemen impositio, nomen accepit, Most enim pons est.

Czutzma 3 milia:
Basiliski 3 milia:
Radomi 5 milia:
Hestlitschkami 2 milia:
Rudniki 5 milia:

Vilnam 4 milia: porro per hęc loca à Vuolkhowicza vsq; enumerata hoc tempore non peruenimus vilnam, sed cursum nostrum in dextram orientem versus flectentes per

Solwa
Slonin
Moschad
Czernig
Oberno

Ottmut

Ottmut
Cadayenow

Miensko oppidum à Vuolcowisca 3 5 milia: distat, inde preterea omnes fluuij in Boristhenem feruntur, cum alij relicti in Nemen decurrunt

Borisow oppidum ad flu: Beresina situm 18 milia: de quo supra.

Reschak 40 milia: in illis porro locis propter maximas solitudines non conpendiosa sed communi via vsi, Mogilew oppido, ad dextram interuallo 4 milia: relicto per

Schklow 6 milia:
Orsa 6 milia:

Dobrowna 4 milia: aliaq; loca in priore itinerario exposita, Moscouiam tandem venimus, diu tractantes nec tamen aliud extorquere potuimus quam si Rex Poloniæ vult nobiscum pacem, mitat ad nos vt consuetum est Oratores suos, & nos volum⁹ cum illo pacem nobis conpetentem Misimus tandem nostros ad Regem Poloniæ (qui tum in ciuitate Gdanensi fuit) destinauitq; ad hortationem nostram suos oratores Petrum Gysca Palatinum plocensem & Michaelem Bohusch Lithuanicum thesaurarium.

Porro princeps cum oratores Lithuanos haud procul à Moscouia esse cognouisset, subito se venationis pretextu ac recreandi animi gratia tempore minime ~~tum~~ iam ad venandum congruo, Mosaisko quo loco maximam habet leporum copiam, contulerat, nosq; ad sese, ne fortasse Lithuani vrbem ingrederentur, vocauerat, vbi impetratis confirmatisq; inducijs vndecima Nouembris dimissi, sciscitabatur princeps qua uia nos rediturí essemus, qui Turcam Budę fuisse intellexerat, quid autem effecerit se ignorare, aiebat: Eadem qua veneramus via Dobrownam vsq; reuersi, impedimenta nostra quæ ex Vuiesma per Boristhenem miseramus ibi recepimus, pristauum Lithuanum qui nos eo loci expectabat, reperimus, à quo Ludouicum hungariæ regem perijsse tum primum intellexeramus.

A Dobrowna 4 milia: venimus Orsam vnde eodem itinere quo ego in priore reditu vsus eram Vilnam peruenimus, ibiq; ab Regis naturali filio Ioanne Episcopo Vilnẽsi, humaniter accepti lauteq; tractati fuim⁹ tum

Rudnik post 4 milia:
Vuolkonik 3 milia:

Meretsch oppidum quod ab eiusdem nominis illic fluuio nomen habet septem milia:

Osse 6 milia:

Grodno principatum ad Nemen flu: situm septem milia:

Grinki 6 mili: quo cum prima Ianuarij peruenissemus, tam durum frig⁹ obortum erat impetusq; ventorum niues in modum turbinis voluens, dispergensq;, adeo vt hoc tanto tamq; infesto frigore, equorum testiculi: aliqua ex parte canicule vbera congelata coruptaq; exciderant, equidem nasum nisi tẽpestiuius à pristauo admonitus fuissem, fere amisissem, ingressus

hoſpicium uix tandem niue, monitu priſtaui naſum macerando ac fricando nõ citra dolorem ſentire ceperã, ſcabiecꝫ quodamodo oborta ac dein paulatim areſcente conualueram. Gallum ꝙ Moſcouiticum more germanorum ſuper currum ſedentem frigorecꝫ iam iam morientem ſeruitor criſta que gelu concreta erat, ſubito abſciſſa: non ſolum hoc modo ſeruauerat, verum etiam vt erecto ſtatim collo cantaret nobis admirantibus, effecerat.

A Grinki per magnam Syluam in
Narew 8 milia:
Bielſco 4 milia:
Milenecz 4 milia:
Mielnik 3 milia:
Loſchitzi 7 milia: poſt 8 milia:

Polonię oppidum tandem Lucow ad Oxi flu: ſitum huius loci p̃fectus Staroſta q. dicas ſenior appellatur, ſub cuius ditione tria millia nobilium eſſe feruntur: Sunt ibi aliquot villæ atcꝫ pagi in quibus tantus nobilium creuit numerus vt nullus ſit colonus.

Oxi oppidum ad flu: eiuſdem nominis ſitum 5 milia:
Steſchicza oppidum ſub quo Wiepers flu: Iſtulam ingreditur 5 milia:
Swolena oppidum 5 milia: quo loco Wiepers fluuio tranſmiſſo.
Senna 5 milia:
Polki 6 milia:
Schidlow oppidum muro cinctum 6 milia:
Vuiſlicza oppidum muratum in lacu quodam ſitum 5 milia:
Proſtwicza 6 milia: indecꝫ 4 milia:

Craccouiam tandem reuerſi ſumus, vbi multa quidem preter mandata ſed quæ tum domino meo Bohemorum regi recens electo non ingrata et profutura ſciebam, tractaui.

Ex Craccouia iter noſtrum Pragam verſus dirigentes per
Cobilagora 5 milia:
Ilkuſch plumbi fodinas 2 milia:
Benſin oppidum 5 milia: infra quod haud longo interuallo Pieltza flu: poloniam à Sileſia dirimit,
Sileſię oppidum Pielſcovuicza 5 milia:
Coſle oppidum muratum ad Oderam flu: quem viagrum appellant ſitum quatuor milia:
Biela 5 milia:

Niſſam 6 milia: ciuitatem Vratiſlauienſium Epiſcoporum ſedem in qua ab Iacobo Epiſcopo perhumaniter accepti ac tractati fueramus.

Otmachavu caſtrum Epiſcopi 1 milia:
Baart 3 milia:
Bohemiæ oppidum Glacz, comitatus 2 milia:
Ranericz 5 milia:
Ieromierſs pariter 5 fere milia:

Bretſchavu

Bretſchavu 4 milia:
Limburg 4 milia: ciuitatem ad Albim flu: ſitam

Pragam tandem caput regni Bohemiæ 6 milia: ad Moltauam flu: ſitam perueni, meumcꝫ principem iam Bohemorum regem electum, eocꝫ ad coronationem vocatum reperi, cuius equidem coronationi viceſima quarta Feb: interfui. Porro oratores Moſci qui me ſequebantur, & quib⁹ officij atcꝫ honoris gratia obuiam proceſſeram, dum arcis et vrbis magnitudinem intuerentur, non eſſe caſtrum aut ciuitatem, ſed regnum potius dicebant, quod ſine ſanguine acquiri permagnum eſſet.

Cæterum Rex clemens & pius, audita ac cognita relatione mea, conſultacionecꝫ de rebus tum imminentibus finita, grata habuit, q̃ geſſeram de diligenti mandatorum ſuorum expeditione, decꝫ his que preter mandata profutura tum effeceram, & quod me egrotum quidem, ad omnes labores obeundos obtuleram, gratiam ſuo ore pollicebatur, que omnia cum Regi grata eſſent, mihi iucundiſſima fuere.

